

Vides forsasse latronem, qui alterum crudelissime gladio enecat, nec tamen ad patrandam eadem incidit; verum cum spectaculo affides, ludentium actiones affectu imitaris, & sic, pro ut zelosissimus Salsianus l.6. de gubern. Reip. pronunciat, & concupiscentis animis, & auditis auribus, & aspectu oculi voluntur.

8. Bone Deus, quid agunt nostri superiores tam Ecclesiasticis, quam Laicis an tantam morum depravationem diuimulant? quales, ficerint nos, si Principes, singulis vicibus, quibus eiusmodi spectaculum exhibetur, viginti, triginta, & plures personas crudeliter obruncari, an tacite id conniveret? Nalla ratione tenerentur ex officio rem tam perniciosam abrogare, & non teneantur idemmet ex officio facere, cum vident, in istud spectaculo viginti, triginta, & plures personas animas tenus occidi? V. z. illis, qui gravissima ratio Divino Judici de omnibus peccatis danda in illos redundat.

9. Ut adverte, dicis forte, nulla peccata conlequuntur, comedis nihil nocent: Eheu! quid audio? Nihil nocent: Aliter sentit S. Hieronymus, ap. Barz. ferm. 42. n. 19. Interque, & in ipso Hierosolymitano Inter omniadam seculi recogitasse vana spectacula, qui olim Romae videbatur, adeo, ut ad superandam hanc animi molliem penitentiam, ac austeritatis opera duplicare debuerit: deia argumentum a se ipso ad alios duens exclamat: si ego has molestias patior, quid parietur poela, qua delictis fruatur? Nihil nocent? Aliter sentit S. Augustinus, l.6. conf. c. 8. narratque, Alipium, qui ab amicis quasi invitus ad eiusmodi spectaculum tractus caute causa oculis clausi, cum aliquando tota orchestra plausu consonavit, aperuisse oculos, & hoc uno aspectu maris anima, quam pugilem in theatro corpore luisse faciatam. Nihil nocent? Aliter sentit sanctus Chrysostomus, Hom. 2. in Plalm. 59. qui postquam Dividem ex una oculorum curiositate in gemitum adulterii, & homicidii crimen prolapsum esse recensuit, dein exclamat: David Jesus est, & tu non laederit? ille fuit Regem sanctissimum, tu homo tepidus, ille aspexit feminam hoteliam, tu impudicam nugatricem, ille quasi ex improbit, tu ex destinato: & illam peccasse, tu evasite credas? Non credo: exclamant cum Hieronymo ap. Antonin. p. 2. T. 6. c. 6. & Basilio conf. Mounat. cap. 7. omnes sancti Patres: Nihil nocent? Aliter sentit Doctissimus & pietissimus, inter quos Guilielmus Peraldus pronunciat, tract. de lux. c. 2. est forsitan ab exterorum delicto immunitis sis, tamen animo te nus jam maculam contraxisti, cum fere in modum, tuo minus, est a macula non comburitur, tantum detegitur: Nihil nocent? Aliter docet experientia: Nonne cum impari id genus Rascelli theatra sua aperunt, tota juvenus neglectis scholis ac temporis illud effunditur? nonne tempus, pecunia, & animi pudor perditur? nonne, qui casti accedunt, somnandi revertuntur? nonne filiae, & matres discunt amare & ama-

ri? nonne in oculis, in lingua, in moribus, in vestitum luxu, & in animo sunt prociociones? ita est: exclamat Cyprianus, loc. cit. 4. adulterium delictum, domi videtur! Nihil nocent? Aliter denique sentit ipse Deus, qui impuro humilimodo comodos manifestis, & quibus gravissimis supplicis punivit. Caesar quidem Gacabonis, erat olim in Sicilia huius furoris ludio, qui spectantibus suis amoris formam aperibat, tanta cum depravatione juvenatis, ut Apollonicas Vir Aloyfus la Naza, in vit. l. 7. cap. 9. qui sua predicatione ac zelo tempo- raris insignes conversionum fructus fecerat, suarum partium esse duxerit, infelicem demonis satrapam desuper commoneandi. Cum igitur Caesar Panormi Societatis collegium pertransiret, vocat eum Aloyfus, rogatque per Deum & omnia sancta, ut propudioso comediarum genere abstineret, nisi velit intra duodennium Dei vindictam, atque infelicissimum mortem experiri. Has eisdem minas Dei famulus iterato, ac saepius repetit. Quo fractu? nullo? Caesar enim, ut importuno monitori se subducere, abijt: & quo? Neapolim, Romam, Florentiam, Venetias, in Italiam Maliam, atque loca, donec totam Italiam peragrasset, & ubique luxariae suae semina relinqueret Panormum rediit. Annus agebatur a tempore illius commotionis duodecim, cum Caesar, etiam locati ausus, alius amicum suorum cum risu edixit, Patrem Aloyfium esse mendacem prophetam; se enim quoad valetudinem corporis nunquam melius constitisse sibi, quam modo: Interim adorabat comediam, ad quam ad proximum Sabbathi diem populum invitabat. Caesar ipse personatus in theatro apparuit, vices generis alicuius amafii, qui contra rivalem gladio dimicabat. Pugna tamen erat acris, quam artificiosa, non sine applausu spectantium: cum ecce! Caesar nominis has duas volens, ita nos! in gemitum insiluit lethaliter faciat, in arena procubuit: tam dextere autem simulabat morientis personam, ut manibus ac brachiis deficiens, oculos retroquens, salivam ex ore expumans, noviter intum pallorem vultus imitari. Ea! facit immobilis, nemo non juraret esse mortuum. Quin iuno, ego etiam iuro esse mortuum, obijt: exanimis est: sine ioco sine joco: quo infortunio tadus? an gladio antagoniste vulneratus fuit? nihil minus: perijt applexia repente obrutus, & perijt adplexio, anima & corpore: tota spectantium orchestra obstupuit, & qui paulo ante in risu abiere, iam in lacrymas dissilunt, dicentes: Sic ludit Deus, cum luditur! &c.

16. Ephraim. Nota, mi Christiane, hanc noemem se huiusmodi Deus, cum laeditur, nihilominus ordine Iustitiae Divinae utriusque contigit, quam quod Deus luxuriosus, praesertim eos, qui ad ipsorum morum, ac exempli non emendationem, repente puniat. Quia igitur factu oportet? In locis, sive ubique Arabici maris multi prominent montes magnetici, (Ladov. Cadamoss. c. 55.) qui

qui navigia ferro armata violenter attrahunt, & tandem rupi quasi alligant, donec navigantes fame, ac inedia, aut marinis monstribus & piratis percant: illi ergo mercatores, qui in mari Arabico negotiantur, navigia sua absque omni feramento ita adificant, ut aliorum periculo admoniti, ne quidem clavo ferreo tabulata compagine. O mi Christiane, luxuria scopulus est, ad quem millena ac millena animum miserandum in modum naufragarunt. Perijt ad hunc scopulum illius Amnon, (2. Reg. 13.) qui castris libidinis vitium propriam forem contempnit: Perijt ad hunc scopulum illius Absalon, (2. Reg. 16.) qui ad uxores Patris sui, in conspectu populi ingressus est: Perijt ad hunc scopulum illius Cianyppus Siracusanus, (Platarch. de Rebus Graec. & Rom.) qui propter filiam non attento contento naturae pudore vim intulit. Perijt ad hunc scopulum illius Proculus Imperator, (Vossius & Sabell. in exempl.) qui intra spatium quinquaginta dierum se centum Virgines in Sarmatia bello capto ingravidasse, imple gloriosus est: Perijt ad hunc scopulum illius Periander (Herodot. lib. 5.) inter septem Graecia sapientissimos numeratus, qui adeo insatiabilis luxuriae fuit, ut cum Melissa meretricem, etiam mortua, foedissime fuerit congressus. Periere ad hunc scopulum illius mille alii, qui hodie in inferno haerent, & ardent. Tu igitur alieno damno cautus fice, & etiam clavum ferream, id est omnia luxuriae illicia, que te ad perniciosum hoc fecus pertrahere possint, diligenter fuge, qualia sunt libri, picturae, comediae & alia: libros impuros in ignem conjice, & Thomam Kempelenem de imitatione Christi manibus solve! picturas impuras discerpe, & piam crucifixi aut sanctissimae Deiparentis imaginem parieti affige! comedias impuras tanquam pestem avertere, & sacro oratori in templo aures praebere! &c. &c.

Dominica IX. post Pentecosten.

CONCEPTUS CX.

De infelicitate statu ac damnationis periculo, in quo homo luxuriosus versatur.

Videns civitatem sive super illam. Luc. 19.

Sicut Judaei ad Delictum successivo progressi sunt, ita etiam in aliis sceleribus successivo in profundum ius, praesertim in luxuria, qua ex noxia familiaritate exum trahens, in incorrigibilem obliuisciam, & tandem in lastuosas calamitates, ac aeternam damnationem desinit.

1. Ruina urbis Hierosolymitanae, & gentis Iudaicae exterminium, quod Christus Dominus hodierna die vaticinatus est, sine dubio ex maximo, quod unquam sub sole commissum est, Delictum peccato originem traxit. Sed quae, qua ratione scelerata urbs ad tam enormem malitiam descendit, ut Incarnatum Dei Filium, verum Mundi Redemptorem post millena beneficia, ac visa miracula in crucem egerit? Respondeo, descendit leute ac pedetentim

sim! Prima mali scaturigo erat quaedam indigentia, qua prodigiosa Christi opera, & omnia exinde populi admirationem finitris oculis intuebantur: deinde successit quaedam emulatio, qua suis praesulis, & Synagogae ministris eandem, aut majorem gloriam arrogabant. Hac deficiente progrediebantur ad contemptum, & vilipensionem, qua opera Christi tanquam falsa ac deceptoraria reputabant, imo publicis detractionibus tanquam operationibus facta criminabantur, tum contradictionibus Christum persequi incipiebant, & quamvis palpabili veritate confutarentur, in sua obstinacia perseverabant, atque obfirmato animo incorrigibiles contra Christum conjurare, confectis criminibus acculare, ac tandem ad mortem condemnare perrexerunt. Ea! sic gradatim descendunt ad invidiam ad emulacionem, ab emulacione ad vilipensionem, a vilipensione ad detractionem, a detractione ad obliuisciam, a persecutione ad obstinacionem, ab obstinacione ad conjunctionem, a conjunctione ad accusationem, ab accusatione ac Delictum, quod denique ipsa ruina urbis & lamentabili adeo fux gentis terminio stetit, ut Christus lacrymas fuderit: Videns civitatem sive super illam. (Luc. 19.) Nota, mi Christiane, sic etiam in aliis sceleribus, praesertim in detestando luxuria crimine, de quo haec usquegenus, lente ac gradatim fit progressus: nemo repente pessimus, sed de malo quod ite in pejus, & de peiori sensum ad pessimum procedit. Exemplum cape in illo Plalmista effato: (Psal. 57.) Ad nihilum deveniens votum aqua decemoris: quid sit cum aqua, quod hujate effunditur? fuit in rivum praerelutentem, rivus autem in Vindam, Vinda in Lycum, Lycus in Danubium, Danubius in Savum, Savus tandem in mare nigrum demergitur. Sic contingit cum peccato luxuriae, semper progrediendo crescit, donec tandem in nigrum dolorem omnium mare, id est in damnationis barathrum illabatur.

2. Proposio. Vis, mi Christiane, ut hanc luxuriae genesis, incrementum, ac catastrophe tibi fusius describam? Agam id in praesentiarum, non alium certe in finem, quam ut damnabile hoc scelus formidare discas, propter quod tam innumerabiles animae ardent in inferno, ut contans fit sanctorum Patrum assertio: si centeni damnentur, ex his centenis nonaginta novem fore, qui ob peccatum luxuriae damnantur. Favete!

S. I.

3. Confirmatio. Initium putendi huius sceleris est sepe levis utriusque familiaritas: hac prima scintilla est, ex qua grande nonnunquam confurgit incendium. Cum juvenis Isaac (Gen. 24.) nobiles annos attigit, Pater illius Abraham misit adelinum famulum Eliezer in Mesopotamiam, ut filio ipsorum ac domo Bathuelis adduceret. Ivit famulus, & postquam ex manifestis indicibus cognoverat, Rebecca, quae ad fontem aquam haustura exiverat, esse Dei arbitrio huius

conjugio delectant, hanc prae ceteris secum in partum reducit. Laudo industriam Abrahami, sed & quero, cur non ipsum filium miser, aut saltem famulo comitem adjuvaret, ut postea suam experientia venustatem, prudentiam, mores ac gentium spona explorare? Absit hoc a me, respondeat Abraham, imo famulo discretis verbis prohibet, ne filium secum comitem assumeret: *Cave, ne reduces filium meum illuc*. Et quare hoc? quia metu, ne ipsa familiaris conversatio inter Isaacum & Rebekcam impudicitiam antem daret: ita in hunc locum annotat Doctissimus Oliva, iniqui in Genes. (hic) *Nescimus quidam propositi amoris excitator*. Verum mihi Bone Abraham, quantum falleris! Isaac est juvenis innocentissimus, Rebekca Virgo modestissima, non est periculum, ut quicquam modeste juvenes conveniant, & quidem cum intentione nubendi, nulla innocentia aut virtus tam firma est, ut nequeat expugnari: illa ingredientia, ex quibus aramentum conficitur, uti vitriolum & galle scorum abscedunt, cum autem conjunguntur, nigerimum succum efficiunt: chalybs & flex turis naturae se frigida, cum autem colliduntur, ignem parturiant: aqua pluvialis, & sibilum ex sua indole mundissima sunt, cum autem commiscerentur, foetidissima lacuna fiunt. Parem in modum, est juveniles animi ab omni peccati immunditie alieni sunt, tamen cum in colloquia & conversatione congruantur, sordescere incipiunt.

4. Id quod loquitur in genere, malto magis in specie verissimum est de illis conversationibus, quae in popinis, in conparationibus, in convivis, in festis nuptialibus, in choreis fiunt, ibi enim dum oculis, auribus, gustui, & manibus plena libertas indulgetur, innocens anima, ut nullibi magis depravatur, Africa pars illa mundi est, (*Segurii Hom. Chr. p. 1. disc. 15. nu. 13.*) quae prae ceteris ex multitudine monstrum insanis est, ejus rei causa ordinarie datur illa: solitudines africanae sunt regio aridissima, foliis aethi plus ceteris provinciis expolita, & quod caput est, rarissimis fluminibus humectata: quapropter ferae sylvestres, cum situm relinquunt apud arenosa litora conveniunt, consuetudine quasi domestica leones cum tygridibus, crocodilli cum draconibus congregantur, & partus proflus monstruosos contra naturam ordinem producant. Quod inter sylvenses Numidiae & Lybiae ferus sit, id etiam inter brutales juvenum appetitus accidit: cum sitis causa (forsan melius dicerem sitim concupiscentiam) in popinis, & choreis conveniunt, cheu? quanta scelera monstris in cogitatione, verbo, & opere parturiantur. O quoties innocens anima, quae instar colubae accessit, instar aspidem coram coram rediit.

5. Miror, inquis, quod sacri oratores in ejusmodi familiaritatem tam aulere invehantur: ego certe sapienter interfui, vidi & auctori haec ista, nec tamen mali quid in animo expertus sum. Itane? nihil mali expertus es? transmittit

tam pro hac vice? forsitan Deus Speciali gratia te protexit! an autem putas, etiam deinceps ex his conversationibus nihil mali oriturum? Dubito! Auctores (*VVernus art. disc. font. 11. ex. 13.*) mira enarrant de hominibus, qui a rabioso cane mordentur; quamquam enim morsum nil sibi nocuisse putent, tamen post diuturnum tempus veneni vim experiantur: Scribit Albertus, se hominem vidisse, quem in brachio morderat hujusmodi canis, anno antea septimo locum cicatricis intumuisse hominemque intra biduum interisse. Avicenna quoque testatur, nonnullos ex morsu canis anno primo duodecimo in rabiem incidisse. Ex mihi Christiane, quod miseris his corpore tenus contingit, id tibi accidere potest anima tenus: illa conversatio, quam tu innocuum putas, tantum veneni reliquit, quod suo tempore in luctuosos casus erumpere potest. Unicus aspectus, unicum verbum, unica manus contrafectio heu! quantum saepe suscitatur incendium! Eva per serpentem, filii Dei per filias hominum, Israelicae per Aegyptios, Petrus per ancillam, depravati sunt; non es adeo his semel ceddi? quid tu metas arando? Vah! inquis, meus amatus est homo honestissimus, castissimus, & ipsa modestia! Quid tum? falcones in Islandia sunt albi coloris, & tamen praedantur, ac deglutunt columbas! (*VVernus art. disc. font. 48. ex. 10.*)

## §. II.

6. Hoc noxae familiaritatis principio, cum semen luxuriae jacuum fuerit, & non statim iterum extinguatur, crescit vitium de die in diem, & profundior in corde radices agit. Quare? quia intellectus miser peccatorum continuo exaccatur, voluntas depravatur, consuetudo ad diaboli potentiam augeatur, Dei gratia deficit, atque illa remedia, quae extinguendo vitio servantur, plane non adhibentur. Juditha, cum Bethulia ab Assyriis obsideretur, invocato Dei auxilio, in castra inimicorum exiit, & oculis Holofernis se fecit. Barbarus Dux visa muliere tam formosa, tam compta, tam orata indidibile est quanto amore exarsit, eique pro suis viribus omnia honoris officia exhibuit. Verum generosa Juditha, cum noctu Holofernes in vino & somno obrutus quiesceret, arrepto gladio caput illi amputavit: quo facto tam paucum terrorem Assyriorum exercitui incussit, ut arrepta gladio obsequium solverit. Hoc autem mirabile, quod gloriosa victrix, postquam in urbem rediit, conopeum ex tentorio Holofernis ablatum in templo obtulerit in anathema oblivioni. (*Judith. 16.*) Quae causa in anathema oblivioni? nonne spolia, quae facta tam inaudita victoria debuissent in perpetuam rei memoriam in domo victricis aservari? absit hoc! Juditha removit illa ex oculis tanquam periculosa libidinis illicia, cogitans secum: praestat haec spolia oblivisci, quam quotidie aspicere, & memoriam reficere distorum, ac factorum, quibus amens & amans Dux insanit. Ita in hunc locum annotat Doctissimus Speranza,

scribit,

script. sel. punct. 33. inquis: Judith obtulit conopeum in anathema oblivioni, quia erat amans. Haec auctor est optimum contra luxuriam remedium: quousque autem est, qui id faciat? Eheu! paucissimi, rarissimi! posito etiam, quod confiteri, & peccata sua plangere videantur, retinent tamen conopeum, id est annulos, epistolas, manufacula, subarrationes, & alia luxuriae incitamenta, quae adeo oblivioni non tradunt, ut ea delitescere oculis relegant, consequenter ea remedia, quae ad extinguendam impudicitiam faciunt, plane non applicant. Quid mirum deinde, quod summa libidinis, de qua Chrysolomus Hom. 32. in Math. pronunciat, quod *quous magis excrucietur, tanto magis accendatur*, tandem in immensum exerceat, & quasi inextinguibilis reddatur?

7. Et vero quod inextinguibilis fiat testatur experientia: vitium luxuriae, si de peccato in peccatum progrediatur, & in consuetudinem crescat, incorrigibile est, cum fere in modum, quo teste Martino Martino, in Atlant. Sineo in Imperii Sinici mari invenitur piscis, nomine *Haitu*, cujus adeps, si semel accendatur, nulla amplius arte aut aqua extingui potest. Ipsa etiam infirmitas, & grandia vel fama, vel valetudinis, vel anime detrimta, nimis infirma sunt, ut luxuriosus in Lucan c. 44. enarrat, cum gravi oolorum incommodo laboraret, jussus est ab omni impudicitia se continere, si vellet penitus ad caecitatem redigi, adeo male oculis, quam lux voluptate carere, ut paulo post in turpissimam suam consuetudinem ralsipit, quasi per jocum edixerit: Vade amicum lumen, statimque explorata sibi interdicia libidinis, suis luminibus orbatus est. O maledictum incorrigibile crimen!

8. Admirata dignissima sunt, quae historici de hominibus aquaticis seu marinis enarrant, (*Theophr. Simpliciter 1. 7. hist. Lib. Imp. c. 16.*) Dicunt olim in flumine Nilo, cum Alexandriae Praefectus Menas ibi negotiorum causa rhoraretur, ex amnis emerisset Virum, qui facie gigantem relictis, pedore valido, lato tegore, & brachiis atrocis ad aliquot horas sese populo spectandum praebuit. Anno 1403. in quodam Hollandiae lacu, & Harlemum adducta est mulier maritima, (*Jenssen Tomograph. class. 10.*) quae quidem docilis ad quasdam artes humanas apparuit, sed loquelam addicere non potuit. Anno 1506. in Frisia (*Libovius 1. 6. de universis. rrr.*) vir barbarus, pilosus, marinus aliquot annos, sed sine loquela vixit. Quid de monstris ejusmodi sentiendum sit, an revera dentur homines aquatici, aut sint diaboli, vel imaginationis illatio, meum non est decidere, sed illud admirabile, quod capti, & in continentem translati, utut blande ac oppare habeantur, tamen sine fine tristiter, ingemiscant, lacrymentur, & sic mare, patriam suam, vel a longe aspiciant, multato desiderii ostro illuc ferri, ac demergere exoptent. Da illis de cibo, de potu, de ve-

stibus, quidquid pulchrum ac delitiosum est, contemnuunt omnia, & cupiunt redire ad mare. Mare dicitur patria Veneris; scire ergo homines illi aquatici ex sua natura, ita luxuriosi ex consuetudine, quae altera natura est, semper retro tendunt ad mare, id est, ad suas voluptates: Eho quod etiam loqui dicant, & in sacro tribunali sese accitent: eho quod ad Dei gratiam revocatur, & sacramentali convivio reficiantur: eho quod monitis, minis, & gehennae ac aeternitatis cogitatione terreatur; nihilominus in statu quasi violento sunt, tristantur, ingemiscunt, ad suas ipsarum retrospiciunt, & cum ad occasiones revertuntur, pudentis lapibus infelicitatem suam augent, ac multiplicanc. Quis de ejusmodi hominibus sperabile emendationem? Actum est! atque ut a conparatione aequae ad ignem contrariorum sicut lutum ex ratum suum molle, cum in igne coctum fuerit, in lapidem adeo induriscit, ut vix maleis confringatur: ita luxuriosus ex impuri amoris igne utque adeo induratur ut nec monitis, nec minis, nec ipsis etiam Dei punientis supplicis emollitur. Quis quoniam sit haec Deus punientis supplicia? sunt profusa terribilia tam in hoc, quam in altero mundo.

## §. III.

9. Et loquendo quidem de praesentis vitae supplicis, perferretur Scripturam, & historiam, videbimus, quam insolito furore Deus hoc vitium nulli non tempore ultus ac persecutus sit. Ea aetate, qua Deum penitentia creavit hominem, universum mundum diluvio submersit: qua de causa? Propter vitium luxuriae; Sodomam & Gommorham ultricibus flammis de caelo depluis exussit: qua de causa? Propter vitium luxuriae; Incolas urbis Sicherni cum suo principe gladio ad interfectionem interfici permittit: qua de causa? Propter vitium luxuriae? Integram tribum Benjamin infelici prole delevit: qua de causa? Propter vitium luxuriae. E populo Israel viginti quatuor millia per atrocissimum pestem abripuit: qua de causa? Propter vitium luxuriae. Davidem illi rebellionem, bello, peste, exilio aliique malis miserandum in modum afflixit: qua de causa? Propter vitium luxuriae! Maritimos Sarz ab Alimodao strangulari fecit: qua de causa? Propter vitium luxuriae! Salomonem regno, vitam, & omni honore privavit: qua de causa? Propter vitium luxuriae. O mei Christiani, quae mala putatis patriae nostrae pertimescenda sunt, si qua damnable hoc scelus plenus sitis dominatur, & omnes hominum statum ac conditiones corrumpit? clamant in cathedris sacri Praecones, monent in consessionali conscientiarum arbitri, experti jam sumus bella, exactiones, paupertatem, annona charitatem, procellas, incendia, morbos, grandinem aliaque calamitates, & tamen non emendamur, ita ut superiores, & patresfamilias, qui malum remedium ponere ex officio tenentur, sine scelere primipili, & in publica consensu, quod antea pendendum fuit,

Et 4

jun

jam transeat in mores : quid aliud superest quam quod nostra delicta, quæ Deum adhuc punire nolentem quasi vi ad vindictam provocat, omnimodam ruinam, & calamitosissimam catastrophem in patriam nostram invehat. Ita mecum sentit Salvianus, l. 6. de gubernat. Dei qui cum de luxu ac luxuria Carthaginiensium, & secuta exinde Reipublicæ ruina differit, ex preste subnectit : Quid aliud talem populum est, nisi cum eam Deo perdere adhuc nolit, tamen ipse exegerit, ut periret.

10. Nec minus terribilia sunt supplicia, quæ Deus in altera vita contra luxuriosos decernit ! Lubet unum aut alterum audire ? Valentinus quidam Mediolani defunctus, (S. Greg. Dial. l. 3. c. 23.) vitæ erat in hoc seelere impudens ac scandalosus : postquam in templo sancti Syri sepultus fuit, media nocte lamentabilis ejulatus et sepulchro auditus fuit. Ad has voces concurrerunt Ecclesiæ custodes, viderantque terribimos spiritus, qui Valentinum clamantem ac ejulantem pedibus suæ colligatis extra Ecclesiam foras traherant. Non est facile didici, quantum fuerint exteriti ! summo igitur mane aperti Valentini sepulchrum, nec ejus cadaver inveniunt : inquirunt extra Ecclesiam, & illud in fordido carne angulo lapidibus ac gleba tumultuarie constructum conspicunt. En mi Christiane, quam spem salutaris luxuriosi habere possint, quæ Deus nec sepultura sacra dignos arbitrat ! Adhuc unum ! De Benedicto IX. Pontifice narratur, (Liber V. l. 2. c. 37.) quod cum quidam Wacclus iter ageret, & juxta molendinum transiret, repente monstrum immane conspexit non sine grandi horrore. Monstrum autem videbatur aure habere asininas, & in oblongam caudam desinere, cætera ursus erat. Obrigit viator ad hoc portentum, sagamque præcipitabat, cum eccle- ! monstrum humanas voces imitari, dicere cepit : Noli timere, homo sapi, sicut & tu es, sed quia bestialiter vixi, post mortem bestis speciem refero ? Quasivit itinerans quis esset ? Ego, sivebat monstrum, solo nomine Benedictus fui, qui nuper Apostolicum usque ad iudicii diem per suavitatem, & sulphurea loca rapior, post extremum autem iudicii diem corpore & anima ad interminabiles gehennæ cruciatus æternam inferni miserabo ! Hicque dictis disparuit.

11. Epilogus. O mi Christiane ! quis non omnibus artibus contremiscat, videns, quod infame luxuriæ crimen etiam Pontificiam vitam inquinavit, patrique qui Christi fidelibus viam ad cælestem ætatem demonstrare debebat, in æternam perniciem præcipitavit ? Ah ! per ego te, quidquid sacrum & sanctum est, obsecro, miserere animæ tuæ, & damnabile vitium, quod innumerabiles animas in infernum demergit, cane pejus & angue averte ! Non dicās : volo nunc voluptatibus frui, & deinde penitentiam agere ! Erras ! cum aliquando labyrinthum ingressus fueris, reditum non invenies, sed usque ad desperationem perges ! Melius est non in-

gredi, quam frustra sperare egressum ! Proinde, si bonus tibi constul sum, sepe sepius sacramenta frequenta, Sanctissimam ac illibatam Dei Matrem Patronam elige, hanc quotiè castitatis protectricem invoça, sensus corporis præsertim oculos carnis custodi, a deliciis luxuriæ incentivis abstinè, flexus alterius confortia fuge, carnem voluntariis austeritatibus castiga, & nihil eorum non fac, quæ ex consilio sacerdotum ad compescendam libidinem, ac conservandam animi castitatem conducunt. Id nisi diligenter egeris, cheu ! lebit super te Redemptor tuus, sicut hodie super civitatem Ierusalem lacrymas fudit, atque cum tempore, ubi vitorum ac mortuorum Iudex apparet, hanc concionem, aliaque circa hanc materiam dicās, acerbè tibi lamentanti ac ejulanti exprobrabit, dicens : Urinam cognovisset te, in, & quidem in hac aie tua, quæ ad peccm tibi ! (Luc. 19.) &c. &c.

Dominica X. post Pentecosten.

CONCEPTUS CXI.

De virtute contra luxuriam, Castitate, cuiusque conservanda remediis.

Qui in se considerat, & aspernabatur ceteros. Luc. 18.

Castitas est gratiarum Dei donum, sollicite conservandum.

1. Quamvis luxuria vitium sit in paucis turpissimum : quamvis famam, fortunam, bona corporis & animæ destruat : quamvis ad apostasiam, pertinaciam, & hæresim disponat : quamvis Deo, mundo, ac ipsis demonibus execrabile sit : quamvis poenas ac calamitates publicas in orbem ierchat : quamvis omnibus commendationis meritis resistat, & calum evocet, atque infernum impleat, tamen, qui castus, & ab hujus vitii fœditate alienus vivit, non debet se iactabunde extollere, alioquin aspernari cum Phariseo dicens : Non sum sicut ceteri hominum : (Luc. 18.) quia castitas liberat, & nominè debitum Dei donum est, prout expresse testatur Sapientis : Scivi, quoniam aliter non possem esse copiorum nisi Deus det. (Sap. 10.) Et ita revera est : Castitatem donum Dei esse non solum scivit Salomon, sed & agnovit olim Abbas Serenus : (Castian. collat. 7. c. 2.) pro hac virtute impetranda dum jugibus lacrymis indefessus supplicaret, vidit Angelum in visione nocturna adventantem, qui ejus utrum aperiens, incipit carnis strumam avulsit, composuisset iterum intestinis, ecce, aiebat, incognita carnis tux abscissa sunt, obtinisti hodie, quam fideliter poposcisti, perpetuam corporis puritatem. Castitatem Dei donum esse non solum scivit Salomon, sed & agnovit S. Thomas Aquinas, In Vita 7. Mart. statutus per sortum, a fratribus submissum, illud titione fugavit,

innoxque orans pro dono castitatis sensit sibi zona ab Angelo lumbos circumdari, dicitque, accipe cingulum castitatis, quo factò deinceps omnium libidinis sensu caruit. Castitatem Dei donum esse non solum scivit Salomon, sed & agnovit S. Cecilia : (In Vita 22. Nov.) cilicio armata cum ad Deum oraret, Dominus fiat cor meum immaculatum, custodem Angelum qui ejus castitatem defenderet, obtinere meruit, quin & eandem Valerianus Sponsus, & Tiburtio fratri persuasit. Castitatem Dei donum esse non solum scivit Salomon, sed & S. Elzarius Ariani Comes. (In Vita 36.) qui ubi cum sponsa sua Delphina in flore ætatis flexis genibus, junctisque super Missale manibus perpetuam Deo Virginitatem voti, hac forma usus est : Domine Jesu, a quo omne bonum ac donum proficitur, ego peccator fragilis, & infirmus sine tuo speciali dono non possum caste & continenter vivere ; sed de tuo pingui adjutorio confidens, voreo, ac promitto tibi, me toto vitæ tempore caste victurum, ac virginitatem servaturum &c. Jam si castitas Dei donum est, quis de illa gloriari, & proximum minus castum aspernari præsumet ? Abit hoc ; quia hac ratione thesaurum, de quo gloriatur, facile perdet : humilitas tam individua castitatis sociata est, ut ait Cassianus l. 2. de instit. tem. c. 18. unam fine altera obtineri non posse : Quin imò S. Agostinus ser. 33. de Verb. Dom. miram pronunciat sententiam : Audes dicere, superbis continentibus expedire cadere, ut in eo ipso, in quo se extollunt, humilientur.

2. Professio. His præsuppositis, cum hæcenus de vitio luxuriæ differimus, jam juxta propostium nobis ordinem de virtute castitatis paucæ explicemus, indagantes, quo in pretio sit castitas apud Deum ? quo in pretio apud sanctos ? quo in pretio apud nos miseros peccatores ? quibus sub finem quedam conservandæ castitatis remedia (utnam grata & accepta) subnectam : Tu O Domine Deus da ut verba mea sint eloquia Domini, elegit causa ! (Ps. 11.) vos Favete.

§. I. Quia firmagat a Domino Deo estimatur.

3. Confirmatio. Quæro igitur primo : quo in pretio habetur castitas apud Deum ? Respondeo, tanto in pretio, ut homines castos, sive in virginali, sive in conjugali, sive in viduali statu inveniantur, præceteris altimare & conservare valeant. Tempore, quo omnis caro corrumpet viam suam (Gen. 6.) penitavit Deum creasse hominem, decrevitque universum humanum genus diluvio delere, excepto Noemo ejulque familia, cui præcepit, ut fabricata arca vitam salvarent. Grande profecto beneficium, quod Noe præ tot millionibus, ac millionibus hominum fuerit ab interitu præservatus : (Corm. a. l. in Cor. 15. c. 6.) quo merito se apud Deum adeo commendavit ? An quia aratrum, & alia agricultura instrumenta, artemque faciliorem colendi agros invenit ? An quia plantavit vites, &

preparavit vinum cordis humani solatium ? an quia erat mundi pereuntis reparator, & ejus propagine nasciturus erat Messias ? Andenique, quia centenis annis fuit præc positivè, tot montis impendentem diluvii poenam comminatus, quot malleorum ictibus arcam confregist ? Sit his rationibus la reverentia : ego autem Sententiam Damasceni amplector : Deus præ omni hominum multitudine præservavit Noënam ab interitu, quia fuit castus ; id quod Deus ipse infirmat verbis, quibus illi ingressum arce præcepit : Ingressus arcam tu, & filii tui, uxor tua, & uxor filiorum tuorum. Eni viri a feminis separantur, ex una parte Noe cum filiis, ex altera uxor cum nubibus collocantur : quibus verbis subnectit citatus commentator : Separavit eos ab uxoriis, ut cum castitate communis naufragium evitarent. (S. Jo. Damasc. l. 2. c. 27.)

4. Hac ipsa de causa Deus singulari providentia super castos vigilat, eosque in necessitate constitutos submissio Angelorum subditio protegit. Afferamus duplicem historiam, unam ex veteri, alteram ex nova lege : Quando duo impudicilenes (Dan. 13.) non poterant castissimum Susannam ad pudendicrinias consensum commovere, amore verso in furorem, quasi adulteram & in flagranti deprehensam accusatam, Inlicitæ læmnia lapidationis adjudicata est : sed Deus non dereliquit illam : cum enim ad mortem duceretur, testatus Dominus Spiritum Sanctum parti iustioris, cui nomen Daniel, qui voce magna exclamans, Reverentibus ad iudicium, quæ falsum testimonium locuti sunt adversus eam, rescidit injustam sententiam, & Susannam innocentem pronunciat : id quod deici coram tuo mundo demonstravit, accusatoribus in diversa euntibus, & uno afferente se vidisse adulteri crimen sub hac arbore, & altero testante, se vidisse sub altera committi. Jam oculos ad intemeratam Virginem Mariam convertamus : deponata Joseph votum perpetuæ castitatis in quo illo emisit. Cum autem paulo post Joseph adverteret, uterum illum intemeret, & suspicaretur crimen cum altero parturam, decrevit illum occulto deserre : & ecce ! Angelus Domini apparuit illi in somnis dicens : Noli timere accipere Mariam conjugem tuam ; quod concipit in ea partum est, & de Spiritu Sancto est. (Matt. 1.) Mirabile ! cur Deus tam sollicitè providas est pro castis ? pro Susanna, ut non lapidaretur, pro Beatissima Virgine, ut non dereliceretur, pro utraque ad famam & nominis exultationem coram mundo non perderet ? nimirum non illa de causa, teste Chrysostomo Homil. de Susannæ quæ ut suam estimationem, amoreque erga virtutem castitatis demonstraret : Pro Susanna nascit in Daniele spiritus, pro Maria Dominus fuit Angelus. Quin imò tantus est amor & estimatio Dei erga castitatem, ut hominibus castis, & utat illis vitæ obnoxii sint, parcat, & poenam reddat. Episcopo Ephefino, (App. 2.) qui primo claritatis fervore crebescens elanguit, mirabatur Deus quod

nisi poenitentiam ageret, candelabrum ab eo est, id est, dignitatem Episcopalem ablatus esset. Cur ergo tepido haecenus pepercit? *Sec. hoc habet, quia ostiis facta Nicolaitarum: (S. Epiph. Hier. 75.)* erant autem Nicolaitae heretici docentes, voluptatem carnalem esse licitam, imo ad salutem esse necessariam: quamvis igitur Ephesus Antistes ob defectum charitatis erat culpabilis, tamen cohibuit Deus punientem manum ob cultum castitatis; sicut enim impuritas Divina supplicia accersit, ita castitas ea retardat, ac repellit. En quanta in altimatione sit hac virtus apud Deum!

### §. II. Permagis a Christo.

9. Quare secundo quo in pretio habetur castitas apud Christum? Respondet, Maximo! Distinguant Theologi, cur Dei Filius non atate adulta in mundum venerit? hunc in foem de calce descendens posuisset sibi, velut antea Adamo, corpus et terra formare, & illud hypostaticè adsumere. Videtur hic modus Incarnandi Divina Majestati convenientior; tum quia sic infantilis aetatis infirmitates evitasset, tum quia primo statim infanti ad placitum Divini Patris Evangelicè prædicatione, & conversioni hominum potuisset manum admoveere. Cur ergo infantulus natus? cur per omnes vitæ aetates sensum ascendere voluit? Nimirum sentio, quod res est, lucem mihi præferente Doctissimo Ruperto. Si Christus aetate adulta in mundum venisset, non potuisset Filius esse sibi baræ Virginis, cuius puritate plus quam suis ipsis commode delectabatur: igitur maluit novem mensibus sub virginali pectore delitescere, maluit in stabulo inter pecora vagari, maluit frigus & contempnum pati, maluit in Ægyptum a persecutoribus legere, maluit triginta annis in officina fabrilis subditi esse parentibus, quam non esse Filium illius Virginis cujus puritatem Angeli mirantur. Verba citati auctoris 1.º in Joann. annecto: *Poterat Deus de terra sibi plasmaré novum hominem, sed non esset Filius Virginis Mariae. Nec satis hoc? Dei Filius tam tenere amavit Virginitatem Matris; ut ab ægrius avulsus sit, quam et sua Patris; dum enim de suo et calis discessu discessit, ait: Exiit a Patre, & vni in mundum! (Jo. 16.)* sed de discessu suo ex utero Virginis sermone in-finituens ait: *Exiit a Patre, & vni in mundum. (Jo. 16.)* Quamvis sinus paternus sit Divinitas, sinus maternus humanitas, nihilominus illum liberare, hunc quasi coactè deserere. Ita in hunc locum animadvertit Ambrosius serm. 28. *Sicut Christi erat in Deo Patre Divinitas, in Maria Matre Virginitas, cuius sic tenebatur pulchritudine, ut nisi sibi Patre in se ipso vni, ab illa exire nequiret.*

6. Dein ad aetatem adultiorem profectus indicibile est, quam leuculentis testimoniis hunc ipsum castitatis amorem ubique demonstravit. Vocatus fuit in conversatione mundi amanuensis seu Apostolus, aut virgines elegit, aut ab ul-

conjugii separavit. Joannem, quem specialis prærogativa castitatis majori amore fecerat dignum, præ cæteris æstimavit, eique recumbendi in suo pectore copiam fecit. In suis prædicationibus de contrario scelere ne quidem mentionem facere unquam ausus, neque etiam passus est, ut vel sibi vel suis Apostolis, ut de cætero illis mille crimina, ac defectus ab invidis objicerentur, ulla impuræ suspitionis nota impingeretur. Etiam in passione sua nullam id genus accusationem admittit, in flagellatione crudelissimum martyrium pro explando impudicitiae scelere subiit, post resurrectionem primo omnium Virgineæ Matris suæ apparuit, & ab eodem tempore in hodiernam usque diem tam propensum amorem erga virgines animas exhibuit, ut eas sibi sponsas elegerit, ossis coronarit, in cunulis subarrharit, vifionibus & apparitionibus multoties recrearit. Utius lubet præalitis millenis meminisse? Julianus nobilis Adolefcens (*Surtis 95 Jan.*) decimo octavo ætatis anno ad perpetuam virginitatem se voto obstrinxerat, sed a parentibus, qui plus juris sibi in filios, quam Deo competere arbitrantur, ad nuptias compulsus, aequalis Nobilitatis puellæ, nomine Basilidis desponsatus est. Finita nuptialis solemnitas, cum sponsi domum venire, in cubiculo calcium quemdam advenit, totam felicem Arabiam spirantem, possidentem, quævisque Basilidis, quæ hoc amantissimè elect? Respondit Julianus, hunc esse adorem virginitatis, quem Christus Dei filius dudum in domo sua spererat, promittens castis eventibus vitam æternam. Hæc inquis simul in genua proccidit, rogatque, ut casto conjugio se una secum promittit gloriæ participem redderet. Annuit sine mora Virgo, & eodem virginitatis voto se obligat. Evect? e momento apparuit Christus Dominus, Beatissimæ Virginis & SS. Angelorum comitata circumdatus, qui post psalmos & hymnos dulciter decantatos prægredens librum aperuit, in quo Julianus & Basilidis sua nomina in Beatorum catalogo inscripta legerunt, & quod legerunt, paulo post glorioso martyrio obtinuerunt. Ea quam amant & desiderant Christus Dominus cum castis convenerit.

### §. III. Permagis a Sanctis.

7. Quare tertio, quo in pretio habetur castitas apud Sanctos? Aperiamus Scripturam! Spiritus Sanctus in Canticis mentionem facit de seculo Salomonis, quem sexaginta fortes ambone ex fortissimis Israel, omnes ad bella doctissimi, vni-  
versisque ensi super femur suum. (Cant. 3.) Est plane mirabilis descriptio! an non enim ad ostensionem fortitudinis magis conducit gladius in manibus, quam circa femur accinctus? Quid est, quod hæ ad prælium peritissimi gestent gladium super femur? Nimirum id est, ait Justus Orgelitanus in Cant. loc. cit. quia femur castitatis & concupiscentiæ symbolum est: *III sunt ad bella doctissimi, qui contra vni-  
 versas concupiscentias*

scitias

scitias invicem pugnare. Per seculum Salomonis (*Corn. a Lap. sic.*) intelligitur amica casta, in cujus corde tanquam in regali folio Deus quietissime recubat: per sexaginta fortes subaudiuntur Sancti, qui usque ad sanguinem, ut que ad mortem pro illibata animi castimonia fortius, quam militum generosissimus pro credito lubi propugnaculo, steterunt, ac decurrant. Lubet progredi ad exempla?

8. Beata Agnes Primisla Bohemorum Regis filia (*Roff. mir. Sanct. p. 1. c. 49.*) primo ab Henrico III. Anglorum Rege, deinde hoc repulso a Friderico II. Imperatore in sponsam expectata adeo restitit, ut ad Gregorium IX. Pontificem supplices literas dederit, enixe rogatas, ut se a procorum defederis & ab omni conjugii spe liberaret. Misit dein Pontifex Legatum in Bohemiam, in cuius manibus regia virgo votum virginitatis emisit, & habitum religionis S. Francisci suscepit. S. Brigida Dutlaci Scriptorum nobilissimi filia (*Idem p. c. 13.*) ob venustatem corporis, & singulariter ob oculorum amoenitatem a multis invidiatoribus in sponsam desiderata constantè repulsi se non alteri, quam calorum Regi nupturam, utque amores alienos eluderet, enixe rogavit Deum, ut sese excolaret. Amperavit, quod petit; quippe consensum dissiliens oculus distulit, quem ipsa, consentiente jam patre, ad monasterium convolvans, sub ipsa facti habitus assumptione iterum recepit. Eandem in morem S. Brigidina (*Servitor. 1.*) Ausberto juveni ex coactione parentum desponsata candente lepra deformari imperavit: adhibita tunc remedia & ænguenta pretiosa, sed incassum: eo autem momento, quo sacro Professionis vinculo se Deo colligavit, absterfa lepra ad pristinam venustatem rediit. S. Casimirus Poloniae Regius filius (*In Vita 4. Mart.*) adeo virginitatem amavit, ut licet Medici assererent, eum conjugio ab ægritudine, qua laborabat, liberatum iri, & regni etiam processu urgerent, ipse tamen mori, quam non virgo vivere maluerit. S. Ebbæ Abbatis, (*Idem p. 1. c. 73.*) cum gentiles Dani sub Belliducibus Hungar., & suba in Scotiam & Angliam irruentes tyrannice fecerant, & præsertim sacris Virginitibus turpissimam vim inferabant, una cum suis Monialibus, sibi nasum & labia præficerunt. S. Ephraïma Virgo Constantinopolitana, (*In Vita 13. Mar.*) cum Romano Patricii Ordinis juveni tam parentum quam ipsius Imperatoris Theodosii iuberet cogere, intrepide ausa est respondere: Sponsum habeo in calis, mihi certum est, extrema omnia per peti, quam fallere fidem illi daram. S. Pelagia (*Sanct. Regn. Dei p. 6. c. 9.*) cum ab irruentibus militibus in honorari metueret, rogavit eos, ut parum expectarent, donec veniorem vestium ornatum assumeret: interim in fastigium domus ascendens, ex alto se precipitem egit. Alia cum infidias juvenis adverteret, (*Sanct. p. 5. c. 3.*) in exanimum secessit, ibique septemdecim annis a nemine visa delitavit: Alia capillos capitis abradit, (*Menoch. serm. 8. 15.*) atque caput & manus

cinere & aqua tanquam crusta obduxit. Alia in Ecclesiam confligit, (*Sanct. p. 5. c. 8.*) ibique a latari inhærens tandem perseveravit, donec ab Episcopo consecrationem pro more illius temporis imperaret.

9. Erubescant ad hæc heroicè fortitudinis spectacula nostri juvenes & puella qui dum in sacro confessionali de pudendis scelerebus sese acculant, satis se excusatos putant dicendo: tentationem fuisse valde gravem, humanam naturam esse imbecillam, non posse se citra infamiam exire occasionebus nec etiam offendere procum, a quo omnis sua felicitas dependet, & quæ sunt id genus nugæ nugarum. Dissant ab his heroibus, quomodo Dei gratiam & pudorem tueri oportet: fueruntque homines, æque infirmi, æque tentati: potuissent magnam scælicè felicitatem venali pudicitia mercari, & tamen dissensu ac fuga, & si vim passæ vitæ, sputo, colaphis, angustibus ac calcibus resistentes maluerunt vitam, quam castimonia perdere, ita, ut admiranda ad tantam constantiam Ecclesia in Brev. de Virg. M. exclamet: *Deus qui inter cætera potentia sua miracula etiam in sexu fragilli virginali martyrii consuli! O quam consule olim in iudicio stabant nostræ veneres intuitu harum Amazonum: quam ad decimum usque ruborem consulabatur cum insulo suo illo: Non ponit resistere: verum de hoc plura ultima parte.*

### §. IV. A peccatoribus autem nihil estimatur.

10. Quare itaque ultimo, quo in pretio habetur castitas apud nostros juvenes? Ah! valde exiguo: sunt qui pretiosum castitatis thesaurum ne dignum quidem reputant, ut ejus amore oculum ab aspectu curiositatis coercerent. S. Ludovicus Catalaunenensis Episcopus, (*Th. Casprati. 1. apum. c. 30. nu. 33.*) corpore tam venustus quam animo verecundus cum a Galliarum Regina opportuno loco ac tempore ad flagitium luit invitatus, tam torvoculo illum intuita effert, ut Regina indignabundè aspectus impatiens verso tergore aberit. Atque hæc repulsa Domino Deo adeo placuit, ut cum ejus corpus post quadringentos annos aperto sepulchro fuit erutum, hic ipse oculus abique omni putredinis nota videtur, ac lucidus instar stellæ apparerit. Quid fiet de oculis nostrorum juvenum, qui in contentibus, in plateis & in ipsis Ecclesiis, non attenta Dei in Sacramento præsentia sibi invicem oculis nictant, & signacula impudicitie communicant? Sunt qui pretiosam castitatis thesaurum ne dignum quidem reputant, ut ejus amore manum cohibeant. Godesfridus Bullionis primus ab occidente Jerusalemum Rex (*Guiliel. Tyrinus de bello sacro.*) tam inaudito brachiorum robore valuit, ut cataphractum equitem uno gladii ictu medium discicare poterit. Causam rogatus tante fortitudinis repulsi: Hæc dextera nunquam feminam tetigit! Am mirum foret, si nostri juvenes manibus languidi, ac paralytici forent; quibus liberrime fidei correspondent, & (o maledicta morum corruptela!) nescio quo exitu.

extendunt? Sunt, qui pretiosum castitatis thesaurum ne dignum quidem reputant, ut a periculo femine consortio abstant. Maria Gazaria nobilis ac devota puella (*Cron. Min. an. 1217. ar. 4.*) simulabatur forori Regis Alphonsi II. Lusitanie. Hac cum frequenter Religiosum ex Ordine S. Francisci conveniebat, & ejus colloquium pascebatur, quondam accessit ad illam Vir Dei, una manu fens ardentem, altera stupam & paleas gestans, quas ut igni addiderit, illaque subito conflagarunt, subjunxit: Dominica, ideo tuum, quantumvis pium recoforsitiam, quia quod paleas ex accessu ignis contigit, id ipsum Religioso etiam animo ex colloquio cum feminis evenire potest: accenditur, & perdit fructum, quem ex oratione, & conversatione cum Deo percipit. His auditis sermone pudore confusa recessit. poterat autem esum tantum Viri eo majore facere, quia S. Antonius Paduanus vidit ejus animam ad celos ascendentem. Deus bone! quid evenit nostris juvenibus, qui ab omni pietatis sensu alieni cum altero sexu non devotionis, sed joci causa impudenter confabulantur? quorsum videtur S. Antoius orum animas post mortem abire? Nec minus sunt ex altero sexu, qui pretiosum castitatis thesaurum ne dignum quidem reputant, ut ejus amore viros declinent. Quidederat Bethuliam Holofernes (*Judic. 12.*) cum rebus jam ad extrema redactis egressa e civitate Judith, ut hostem necaret, & patriam liberaret, pervenit ad tentorium ducis, secretum ei aperitura, quomodo civitatem expugnare posset. Barbarus visa muliere splendidissime ornata festum ejus amore exaruit, & eamque tres integros dies in tentorio retinuit. Hanc tres integros dies? omnino! & sine lesione honoris? sine lesione! certum enim est, Juditham singulari Dei presidio ab omni immunditie fuisse preservatam. Cur autem impudens Dux nullas ei tentationes aut insidias fluxit? (*Significatio inie. 17. 50.*) Ideo, quia illam, qua confortia virorum non declinabat, & in conclavi belliducis manere non verberat, sponte in deliciis cursuram desumpsit. Quid tentiam ego de nostris puellis, que nec cilicio cinatæ, nec jejunio armatae, nec singulari Numinis protectione defendunt, & tamen in consortio virorum sine pudore, sine modestia, sine reverentia circumvagantur? Eheu! sentio vere, que sensit perperam Holofernes de Juditha. Sicut, qui pretiosum castitatis thesaurum ne dignum quidem reputant, ut eius amorem unicum diem qualem in se suscipiant. Post exuliam sulphure & igne Pentapolim (*Gen. 20.*) Abraham cum uxore sua Sara in Geraris peregrinatus est, cumque homines obstupescerent eximiam Saræ venustatem, eamque Regi Abimelech laudarent, Rex rapuit illam, ut non nisi a Deo in somnis admonitus dimisit. Jam a forere veritatem oculos ad nurum! Isaac duxit uxorem Rebecca, qui ipse Spiritus Sanctus praconium adhibet, quod scribit puella nigra vinit, virgoque pulcherrima. (*Gen. 24.*) Cum autem fa-

mes oriretur in Chanaan, Isaac cum uxore sua abiit ad Regem Abimelech in Gerara: vidit Rex fortissimam Rebecca, nec tamen illum expetiit, imo sub pena mortis prohibuit, ne quis illum laderet. Quæ causa hujus differentie? Sara a Rege patitur grande pudoris periculum, Rebecca nullum? An Sara pulchrior fuit Rebecca, aut nunc Rex vivit castior? Ita est! Rex vivit castior! sed quare? ideo quia tempore Abraham fuit in Geraris frugum abundantia, & ideo Rex erat voluptuosus: tempora autem Isaac fuit sibi fames, & ideo Rex erat modestus: ad nostram instructionem, quod frangat libidinis non sit convenientius remedium, quam temperantia, & cibi moderatio. Ah! boni superi! quomodo ergo sperare possum nostris juvenes casti victuros, qui & de mortificatione in esu & potu nihil sciunt, & in popinis, in gurgulibus, in choris nexi, pexi, compi, ac nitidi inter cantharos & vitra usque ad ebrietatem hellantur, & dein sub seram noctem, favebitis tenebris, par & par domum revertuntur? Væ juvenibus, qui tam imple thesaurum castitatis prodigunt! væ parentibus, qui ista tolerant!

11. Epilogus. Quid igitur faciam, ut in immundo mundo inter tot pericula & insidias castitatem conservem? Accipe remedia! Castissimus Joseph, cum ab hera ad padendum facinus pelliceretur, *relictis in manu ejus pallio fugit, & egressus est foras.* Cur foras? quid egit extra domum? alpexit terram, aspiciens terram, cogitavit infernam, & tormenta, quibus luxuriosi sine fine cruciantur: aspiciens calum repræsentavit sibi beatitudinem & premia, quibus casti æternam lætificantur. En mihi Christiane, hic in compendio tria habes conservanda castitatis remedia, eaque efficacissima! In primis fugiendum tibi erit, ut advertis periculum, quippe omnes sancti Patres & spiritus Magistri uno ore clamant: contra libidinis vitium apprehende fugam, si vis obtinere victoriam! Deinde egressus foras aspiciet terram, cogitans tecum ipsos: O quot millenz animæ eternaliter inferni cruciantur in inferno, que sunt luxuriosi stultitiam igitur lerymisi & in conditis ejulatiibus nequidquam deplorant, & ego tam amens sim, ut æternum, quod cruciat, eligam pro momentaneo, quod delectat? Denique oculos etiam ad celum attolle, & dic tibi ipsi: En ibi in beata celi patria cum Christo æternaliter regnant, qui castitatis facere cultores, & spurcas carnis voluptates generoso pede calcantur: fure juvenes, ex carne compacti, fragiles, infirmi, ac tentati, & tamen sua constantia contra universum mundi, carnis ac demonis potestatem prevalerunt: Ita tibi loquere, & imitare S. Augustinum Confess. 18. c. 1. cum sub prima conversionis initia secum ipso loquatur, & suis viribus dividere, vidit quidem ex una parte continentie dignitatem, ex altera autem ad suam infirmitatem trepidabat, & ecce! his lucis ab sorptus animo, videbatur sibi concipere virtutem castita-

castitatis sereno, ac hilarivultu, que illum quasi blandiendo invitabat, & manum ad amplectendam porrigebat. Porro aperto calo exhibuit illi pernicior, puellam, virginam, viduam, & omnis ætatis immensam multitudinem, qui quasi irrisione exhortatoria Augustinum alloquebantur: Tu non poteris, quod poterunt illi & illæ: aniti & itæ ex semetipsis possant, & non in Domino Deo suo? quid in te ista? Projice te in eum, non subtrahet se, ut cidas, excipiet te, & sanabit te! Eubuit Augustinus ad has voces, & seipso fortior ausus est imitari, quod poterunt illi & illæ! O utinam hac remedia applicaret immundi, mundior esset ab immunditie immundus mundus. Amen.

Dominica XI. post Pentecosten.  
CONCEPTUS CXII.

De Invidia, ejus indole, & gravibus damnis, qua causat.

Et præcepit illis, ne cui dicerent. *Mat. 7.*

Invidia sera pessima, ex triplici ratione damnanda.

1. Patriarcha Jacob filium suum Joseph plus ceteris amavit, illum in vitæ & vestitu delicatis habuit, atque ejus formam, vaticinia, & accusationes magna animi attentione observavit. Id videntes ceteri fratres Josephum odisse ac persequi caperunt, imo crescente odiorum flamma aliquando in rus ambulatum arripuerunt, in cisternam tanquam carcerem demeruerunt, & denique transeuntibus Hamæitis in servitium vendierunt. Ut vero de tanto crimine se geutorum purgaret, Joseph tunicam in hæd sanguine intinctam illi exhibentes direxerunt, Josephum rursi a leone aut urso fuisse dilaniatum. An fenex dicitis fidem adhibuit? nulla ratione? videns enim tunicam sanguinolentam quidem, sed integram sic tacte secum argumentabatur: vel falsus meus, dum a heradevorbatur, tunicæ hæc indatus erat, vel non si non, quomodo potest esse sanguinolenta? ita, quomodo potest esse integra? sic fecum cogitans suspitionem pessimi mali contra fratres captabat. Sita est, inquis, cur ergo Jacob in gemiscens & ejulans clamavit: *Sera pessima devoravit filium meum Joseph?* (*Gen. 37.*) Non erravit Jacob: filius Joseph incidit in immanem bellum, quam describens S. Cyprianus de zelo & liv. ait, quod sit *vulva minax, & torva aspidu,* atque p. florem in facie, tremorem in labiis, & idorem in dentibus gerens prompta fisa ad credis violentiam. Quam ergo est hæc sera? est Invidia, prout indicat Cardinalis Hugo in Prov. c. 3. *Invidia est illa sera pessima, de qua dicitur Jacob: sera pessima devoravit Joseph.* Fratres dicitur: & rancore Invidi non poterant sustinere, quod Patris cor & aures plus ceteris occuparet, ideo illam & medio tollere decreverunt. Hanc

seram pessimam extimuit hodie mundi Salvator, sciens enim, quod Pharisei & Synagoga ministri, putantes suæ gloria decedere, quidquid Christo accederet, sua prodigia tanquam ex demonis facta conviciari solent, præcepit turbæ, ut vitam fundi, & muti curacionem nemini aperirent. *Præcepit illis, ne cui dicerent.* (*Augustinus de Ev. in Mare. 7.*)

2. *Precepto.* Abolivimus tractatum de luxuria, transivimus ad invidiam, ejusque indolem ac pessimos effectus confideremus, utpote de qua ait S. Chrysolost. *Homo est pop. Invidia & fornicatione, & adulterio prior est.* Quis autem dicam? sequat vestigia S. Zenonis Term. de zelo & livore, qui cum damnabile hoc vitium is, quibus par est, improperis persequitur, tandem pronunciat, non esse vitium humanæ vitæ magis perniciosum: non esse vitium naturæ magis inimicum: non esse denique vitium Deo magis exolium. En perniciosum, inimicum, & exolium, sunt tris membris materia hodierni sermonis. Favete

G. I. Primo: quia homini est perniciosa.

3. *Confirmatio.* Non est vitium humanæ naturæ adeo perniciosum, quam invidia, præterquam enim, quod fit vitium universale, quod omnes hominum animos in universum agit, non hinc aut est in mundo tragedia, quam non adorat, & hæciodam adonea invidia, dicente iterum S. Chrysolost. loc. cit. *Ita adolevunt cuncti homines perire carum.* Percurramus statim, ac hordines hominum!

4. Quid in aulicis? cum Magi ab oriente Hierosolymam venerunt, justi sunt a Rege Herodæ neo-natum Salvatorem indagare, & sibi locum indicare, ut & ipse inveniens illum adoraret: (*Mat. 2.*) promiserunt id quidem Magi, sed admoniti in somno per aliam viam in regionem suam reversi sunt: quo facto adeo excanduit Herodes, ut & Christum, quem regni successorem metuebat, perempit, emittis ad telluribus omnes in regno suo masculos ejus ætatis annu crudeliter obrancari jussit. Sic hodiernam sit, aliqua regna invidiarum, urbes identur, integre regiones lassæque vertuntur, & humanis sanguis effunditur: que de causa? ex invidia & simulatione. Quis inter aulicos? illis hoc vitium consentium est, quemadmodum inter pullos gallinæos, canarius vermiculum invenit, omnes illos percutientes habet: ita cum omnes aulicorum Principis favorem captat, hanc omnes ceteri simitris oculis aspiciant, eique supplicationem dolose machinantur: sic Petrosim Simias, sic Themistoclem Alcomen, sic Epaminoodam Meneclides stravit (*Plutarch. in præcept. polit.*) qua de causa? ex invidia & simulatione! Quid in cætris? ibi, si inquam alias, rerum bene gestarum gloria alienam bilem incendit: quis unquam bellica fortitudine gloriosior? (*Elial. 13. v. 28.*) Iam Alexander Magnus, & tamen quasi honorem suorum suum damnum reputaret, dedit Lyfimacham, quæz imperato.

peritoris artis peritus Seleucum, quia erat laboriosus; Antigonum, quia erat generosus liberalis; Ptolemaum, quia fortunam habebat faventem. Sic hodieum res agitur, invidiosum exercitum plus nocet amicum invidia, quam impericorum armatura: saepe generosus bellidus remissive victoriam, nisi de industria succurrit fuisset desitutus, ut nominis famam perdat, perire milites & hostis triumphat: qua de causa? ex invidia, & amulatione. Quid inter civis? ibi sigulus sigulum odit, fere quilibet in una arte lucrum alterius suum damnium interpretatur, merces alterius vituperat, suas laudat, faepe etiam fraude impedit: si caupo es, & hospium gaudes frequentia, dicent tui amici, non hospites venire ad te, sed ad usorem aut filium: si optimum pinis panem, dicent te illicitis artibus, & salicinis attrahere empores: si filulos, & pulcherrime tingis panes, parum abortit, ut incantationibus tibi noceant, quo minus instrumentis, & coloribus boni aliquid efficiere possis. Qua de causa? ex invidia, & amulatione: Quid in res opifices? nihil auditu frequentius est, quam quod unus alterius artefacta laboreque contemnat: est utrumque bonus futor, sed tarditate promissam fidem fallit: relinquo illi fatori suam aestimationem, sed ejus velimentia non conveniunt cum hodierno mundi genio: Ille laudatur quidem ut celeberrimus horologifex, sed certum est, quod in pretio excedat. Sic unus alterum designare, eique lucrum suffragari contendit: qua de causa? ex invidia, & amulatione. Quid inter vicinos? contumax sunt iurgis & querelis: jam unus conquiretur jamum alterius aliois tumulo nocte claudi, insanium ploratus sibi esse molestos, habitacionem sibi ferri inquietam, insipici in suar ades, aquas e puteo exhausti, & aquae adeo nec gressus, nec verbum sit, quod non a vicino capitur & taxatur. Qua de causa? ex invidia, & amulatione. Quid inter domesticos? quemadmodum canes, & feles, ut ut fob eodem teclivavunt, contumax tamen antipathia se invicem persequuntur; ita domesticis vis utriusque pectus conficitur: senex edentulus volentium dentibus invidet, adolefens ambit senam palmenata: pater abstulit dotem, non filio quidemquam relinquit, adolefens ambit mortem, ut a hereditate potiatur: sorores congeruntur fratris plus dari, quam sibi, fratres oderunt sorores, quod sumptuosius se vestiantur: acilla, ut coquam Domine inviam reddat, cibos fave corruptipit, ut igne adertit, kamuli, ut favorem Domini amululis auferant, filios infidelitatis suspectos reddunt: qua de causa? ex invidia, & amulatione. Quid inter agricolas? si unus equum pollicet ceteris generosum, claudus & macilentus redditur: idem contigit in vacca, in ovibus, in cane pulchro, qua, quia excellant, desiderantur: ipsi etiam agri & prata alterius videtur fertilitate, hinc millena querimoniae, ego annuis censibus, & fructibus praxlandis magis oneror altero,

sille duplo plus lucri, ego duplo plus damni capesso: qua de causa? ex invidia, & amulatione: Quid inter medicos: unus alium ante fores divitis stantem lividis oculis intuetur, quia putat sibi subdaci, quod videt alteri porrigi: hinc tot clamores: ille est impostor, habet occultos thesauros, possit vivere de suo, ego sum magis indigus, & qua lux familiaris qua de causa? ex invidia, & amulatione.

5. Paucis omnia: enumera mihi bella, perturbationes, cades, proditiones, rebelliones, lites forenses, odia, homicidia, & aliaque mala ab orbis generis usque in hanc horam exorta, & dicam cum S. Zenoae ferm. de livore, *omnia mala ex radice invidiam nascuntur*: imo etiam, illi, qui sanctitatem, perfectionemque sectantur, ab hoc navo non sunt immunes: inter Apollolos his orta est, quis eorum videretur esse major, & duo filii Zebedae primarias in regno Christi sedes non sine indignatione ceterorum ambierunt, *ut doceremur, in his quibus cadere non posse invidiam*, ait S. Hier. ep. 146. ad Damas.

§. II. Secundo: quia lumini naturali respugnat.

6. Jam postquam perspeximus, quam perniciosum malum sit invidia, qua bonum omnium statum ordinem perturbat, nunc videamus, quid S. Zeno per alterum membrum intelligat, dicendo: Invidiam vitium esse naturae inimicum? Puto ego, quod velit innuere, invidiam adversari rationi naturali, nullam enim est vitium, quod tam palparem stultitiam notam preloretur, quam illud. Vultis, ut mentem meam explicem per conuentionem? Quae, quod invidiam, quam quod invidiam, dum alia quavis scelerata suis volapibus fruuntur, seipsum affligat & discruciet? superbus letatur honoris gradu, quem sibi per numeramaleris comparavit: avarus ridet numerando pecunias aequae vel inique comparatas: luxuriosus calum, saltum sordidum, sibi imaginatur inter suas spurcitas: vindicativa devictio rivali triumphum canit, & sic de ceteris. Solus invidus, dum certum amulo suo omnia prospere succedere, tetricis imaginacionibus tristatur, & contabescit. Sicut balones ex floribus odoriferis emori dicuntur: *(Albert. in Spec. 16.)* ita ille ex odore virtutum, ex fragrantia bonae lae, ex prosperitate, quam in proximo conspicit, venenum sibi & vis non mortem accerit, ita, ut merito sui ipsius carnes nuncupari valeat. Quae quod stultus, quam quod invidia solum ad delectus & vitia hominum, non ad virtutes oculos convertat? *(Drex. in 7. pp. c. 3. §. 3.)* posse, si velle, in proximo admirari, quod sit clarissimus, quod sit erge egenos misericors, quod sit in oratione fervens, quod sit comis, & erga omnes affabilis: verum non atreatis his omnibus, unum aliquid vitium, & illud haud magis momenti pertrahit, & exaggarat: sicut mulca, ait S. Augustinus ferm. 83. de tempor. praeteritis salubribus membris ad ulcera properant: ita in vitiis ne-

glecto

glecto vite splendore, errata tantum observant, & divulgant. Quae quod stultus, quam quod invidiam etiam bona ac laudabilia opera sine stre interpretetur ac carpat? Deus promissit Israelitis terram Chanaan, cumque illi terra promissae appropinquarent, ut introeuntibus locum pararet, haud paucos ex Chanaan morte abripuit: & ecce! Israelitice hoc beneficium converterunt in odium, dicentes: Terra desertior habitatoris suis: *(Numer. 13.)* Sic faciunt invidi: vident proximum elemolyas dantem, & dicunt esse prodigum, vident jejunantem, & dicunt esse avarum: vident orantem, & dicunt esse hypocritam, argue ita, ait Belluaceus spec. 13. p. 4. dist. t. sicut aranea quidquid fugit, in venenum convertit; sic invidus omnia proximorum in deteriorem partem interpretando corrumpit. Quae quod stultus, quam quod invidiam alteri nocere velit, & tamen non ad verat, quod illi proficiat? & ita revera se res habet, dicente Chrysolomo super Mattheum: *Qui invidus sibi quidem ignominiam, illi autem, cui invidet gloriam parit.* Michael Bonarottus in cenis Statuaris, *(Engelg. fol. 137.)* cum juvenis Romae veniret, in omnibus operibus suis a Raphael Urbinate contemptum ac persecutionem tulit. Sed quis credidisset, Raphael maximum fore illius encomiasten? & ita factum est: Michael Bacchum cum Satyro laudentem affabre effinxit, quem brachio mutilatum, & se fulgine stinctum, in vinea cujusdam civis, ubi domum brevi extruendam sciebat, desolati curavit: post annum ab eis, qui fundamenta jacebant, statua reperta, & ad Pontificum delata est: senes artem mirabantur, antiquitatem extollabant, ipse etiam Raphael affirmabat esse opus perfectissimum, dolendum id unice, quod mutilum esset: Tum enitero Michael nomen suum statuae pedi insculptum abralo cemento ostendit, & brachium etiam amulit, quo singulariter sibi laudem esse ipsius tenuit sententia comparavit. Eundem in morem invidias, cum vult opprimere amulam, illum exaltat; eo ipso enim, quod illi invidet, testatur eum laudabile quid habere, cui invideri possit. Quae quod stultus, quam quod invidiam nemini magis nocet, quam sibi ipsi? *(S. Chrysol. hom. 1. de invid.)* Quid nocuit Cain Abeli? nihil! illum citius ad regnum invitatus transmissit, seipsum vero innumeris malis ex cruciavit: Quid nocuit Etau Jacobo? nihil! isti divites factus innumerabilibus fruebatur bonis, ille vero paterna etiam domo ejectus fuit. Quid nocuit inrates Josepho? Nihil! iste Rex universae terrae Aegypti in solium erectus fuit, illi autem famem passi ad ejus pedes trucidati commedicare debuerunt. De quodam Gubria Regis Darii focero perhibetur, *(Joseph. & alii.)* quod, ut inimicum a tergo se amplecterentem interficeret, seipsum gladio transfoderit, sed irrito conatu, seipsum enim occidit, alteri non nocuit. Parem in modum invidus se ipsam gravissime vulnerat, dum amulus irritos ejus co-

natus ridet, & despicit. Quae quod denique stultus, quam quod invidus in hoc solum natu videtur, ut sibi & aliis molestus fit, haud constructa est, ut seipsum perendo, etiam alios perimat? Eni, quam venustis, invidiam vitium esse, natura, id est, naturali lumini inimicum, & stultitiae plenum. *(Engelg. Dom. 5. pp. Epiph. 5. 1.)*

§. III. Tertio: quia est vitium Dno maxime exosum.

7. Progrediamur ad tertiam partem, & videamus, qua ratione invidia seclus fit, non tantum naturali lumini contrarium, sed ipsi auctori naturae, id est Deo exosum: Dominus Deus tam implacabilem aversionem habet contra damnabile hoc scelus, ut ausim dicere, quamvis superbos, avaros, luxuriosos, & culjavis generis peccatores in suis necessitatibus adjuvet, & exaudiat, invidios tamen a sua beneficentia throno univerim repellat. Aperimus Scripturam, patebit verum esse, quod discuro! incarnatus Dei Filius per vicos, castella, quae locorum, praesertim apud urbem Capharnaum Bonitatis, ac misericordiae suae vestigia relinquit, illuminando caecos, auditum confrendo turdis, loquelam mutis, membrorum usum paraliticis, sanando aegros, mundando leproso, resuscitando mortuos, & alia stupenda operando. His auditis cogitatur Nazarenus, quid est hoc, quod grandis ille Propheta Capharnatus, alique gentibus alienigenis, idololatris, impiis, indignis tam magna beneficia, nobis vero suis concivibus, ac cognatis, apud quos natus, & educatus est, nullum exhibeat, cum ergo Christus ex Galilaea in Nazareth advenit, convenerunt illum, & quasi de injuria conquesti, dixerunt: *Quantum audivimus facta in Capharnaum, sic & in patria tua.* *(Luc. 4.)* Quid ad hoc Christus? frigide respondit, dicens: multas viduas factas in Israel tempore Eliae, & ad nullam missam fuisse Prophetam nisi ad viduam Sareptae: & multos leprolos fuisse in Israel tempore Elisai, nullam tamen sanatum fuisse, nisi Naaman Syrum: quibus verbis factis aperte indicavit se nullum miraculum operaturum in Nazareth, id quod in patriis suis tantam excitavit bilem, ut ipsum lapidare volerint. Sed quare Christus Nazarenus miraculorum gratiam denegavit? Respondet S. Ambrosius in Luc. c. 4. hoc ipso quia erga Capharnatus, aliaque gentes errantivida: *Afferunt Dominus invidiam esse, & ab eis, qui Divina beneficia in alios persequuntur, miracula sua potestatis auferunt.* En mi Christiane, tu saepe conquereris, in mea cruce, & tor mensibus & annis in mea cruce & adversitate Deum invoco, & tamen non exaudior! Desine lamentari pone prius illum rancorem, illum invidiam, qua diuturno tempore contra proximum beneficentia Divina illi collata, ob officium, dignitatem, divitias, aliaque dona exardescis, alias certe sperare

perare non debet, quod Dominus Deus in tuis votis, ac precibus te sit exauditorus. *Aspernatio Dominus Invidiam est.*  
 8. Nunc Invidiam Dominus Deus exitiale odium, quod erga invidios fertur in eo demonstrat, quod illis sua beneficia denegat, sed insuper quod luculentis suppliciis affligit, quae supplicia ordinarie in poena rationis consistunt, ita, ut invidios eadem mala, quae alteri struxit, pari mensura incurrat. Lubet hanc veritatem in exemplis contemplantari. Comes quidam Bonifacius (*Pauli Diacon. in hist. Missal. 14.*) pro favore, quo apud Valentinianum Imperatorem valebat, Proregis dignitatem in Lydia affectus Aetii, Viri in Imperatoris aula praecipui ita invidentes oculos perstrinxit, ut hic tantam illius fortunam ferre nequens calumniose eum apud Imperatorem occultare, quam moliretur, rebelliosis accusavit: ideoque talibus Imperatore habitus, & publice nominatus est. Id non ferens Bonifacius ad Wandalos transfugit, & per eos magna Africae Ecclesiae eadem iniuriam. Hac sub annum 457. acciderunt. Porro sub anno 433. cum in gratiam Imperatoris restitutus Romam Militie Magister redisset, iterum ab Aetio impetiuit, & duello occisus est. Sublato itaque umulo multis annis res suas feliciter promovit Aetius, quo devicto etiam Atrila Hunorum Rege a Valentiniano Consul creatus est. Atque huic honoris gradui fervebatur Divina vindicta, nimirum crudelis Viri invidia! hic Maximus erat Senatorii ordinis & Maximi tyranni illius stirpe, quem Theodosius Senior Imperator e medio sustulit, nam novi consulis fastus impatienter ferens, confectis calumniis, perinde ac in Caesarem Misistatem quidpiam machinaretur, ita ejus apud Imperatorem gratiam fecerit, ut vel ab Imperatore, vel ab aliis ejus justis interfectus, permissus esset (ut revelatione Viri cujusdam sancti manifestatum est) nisi uxoris pro maritali salute quotidie supplicanti precibus fuisset servatus. En, mihi Christiane, qua ratione in invidium poena rationis recumbat! Vis aliquid hujus rei exemplum? S. Deicola Discipulus S. Columbae (*Vincen. 123. 22.*) post diuturnam obedientiam probationem perrexit in desertum, inveniens in clivo praerati montis sacellum sancto Martino consecratum. Huic manifesto indicio se a Deo vocatum agnosces, quippe cum sacello appropinquaret, janua non referante aperta sunt, profiravit te in faciem, orans, & dein exiguum aedeculum ad laetus facelli edificans. Id ubi accedens confpexerat, sine mora ad Dominum, ad quem fundus ille pertinebat, miserant legatione, rogantique, an rati haberet, quod Monachus ille sacellum sibi in oratorium vendicaret? His auditis Werfarius (id nominis erat Viro) in iram accessit, crudeliter sententiam Dei famulam favit, praecipiens, ut sine misericordia lingua illi excideretur. Vix mandatum dedit, cum ecce! illa hora in eundem laqueum incidit; nam lingua illi horrendum in modum intumuit: cumque vehementi dolore ve-

xaretur, uxore ejus Berthildis nomine memorantentiam, quam contra virum Dei pronuntiaverat, eum admonuit, ut revocata sententia Deum & Dei famulam veniam precaretur, obsecutus est piis monitis Werfarius: verum antequam nunc ad sanctum perveniret, ille mortuus succubuit. O quam verum est, quod fulmina ab invidio cula in caput sui auctoris reboundant!  
 5. Verum quid mirum est, invidiam temporaliter puniri, cum Deus illi aeterna etiam supplicia decernat? Quemadmodum charitas hominem Deo unit; ita et Sanctus Gregorius Moral. lib. 29. cap. 1. invidia hominem membrum diaboli facit: Invidi sunt oculi diabolici, quia felicitatem proximi livide aspiciunt; si sunt aures diaboli, quia bonam famam aut sunt aures diaboli, quia bona proximi subfucant, mala cum augmento divulgant: sunt denique manus diaboli, quia ad subvertendam fortunam impigre laborant. Hinc ad mentem Divi Gregorii Nysseni, invidia est evidens aeterna reprobationis signum! & quid ni? Invidus non est idoneus caelo, cum enim in aeterna beatitudine nihil inventiur, quam pura & meta felicitas, hanc certe in aliis invidios sine animi cratiatu intueri non possent: pergat ergo in illum locum, ubi nihil aspiciat quam tormenta & miseriam, oculorum suorum delectationem! *Deprecatorum te habita signa sunt, & in sermone in his qui invidia contumeliosus, ex his verbis S. Doctoris (Greg. Nysseni. Lib. 2. c. 8.)* Jam ad coramendi-  
 10. *Episcopus.* Invidia crimen est, quod homini nihil periculosius; nam omnes humanae generis ita corumpit, & malorum ferre omnium, quae pacem ac felicitatem turbant, radix & fecturigo est. Invidia crimen est, quod humane rationi nihil inimicium; cum enim alia vita visus, saltem imaginarius, voluptatibus fruuntur, invidias suispius tormentum, & carnis est. Denique invidia crimen est, quod nihil Deo exosius; quia sua beneficia, & aeterna etiam praemia nemini peccatorum magis, quam invidio denegat. O mi Christiane, iuge damnabile hoc vitium, atque ad illud vincendum ut supra illa remedia, quae spiritus Magistris ordinarie praescribuntur. Queris, quoniam sint ea remedia? Percipe pientissimum quemdam animarum zelo-tem (*P. Segneri Monach. 9. Sept. 24.*) quomnis invidiam difficulte sit cura, inquit, & ideo compertum patrem latenti in oibus: *Purdo enim curari, si remedia in tempore applicantur.* Invidiam autem hae duo sunt, unum in *conspicione*, alterum in *opere*: primum est, ut cognoscere festagat omnia illa damna, quae hactenus tibi descripti, praesentim illud, quod si soleres gaudere de bonis alterius, cum bona aliena videretur tibi in bonum proprium, id praestante pulcherrimo charitatis actu, ita ut dicere posses: *Particeps ego sum omnino incrementi illius* (*Esai. 118.*) Jam vero, cum moleste ferat, quae bona aliena tibi vertantur in malum & ma-

& malum quidem tam corporis quam animae. Quid absurdum? Alterum remedium in opere est, ut sit promptus in reprimendis primis hujus vitii motibus, ita, ut si demon instar serpentes inder calcaneo, id est extremo cujusque operis boni, tu contra studeas illico caput ejus conterere, occurrendo principiis ejus tentationis, idque facies corde, verbo, & opere: corde, saepe precando Deum pro illo, adversus quem demon tuum stimulat invidiam, verbo, loquendo de illo bene, cum occasio tulerit, magis autem non repugnando, cum audis alios de illo bene loquentes: opere denique, conferendo aliquid ad ejus exaltationem, & promotionem. Hoc fac, & vires! &c. &c.

Dominica XII. post Pentecosten.

CONCEPTUS CXIII

De virtute contrariae invidiae, nimirum charitatis proximi.

Proximum vero sicut te ipsum. Luc. 10.

Charitas est scutum gentium, tum Christianorum.

1. EA semper cum integrum gentium, tum privatarum etiam familiarum consuetudo ac mos fuit, ut certa sibi symbola, vel scuta gentilitia ad distinctionem aliorum deligerent, quibus vel originem sui nominis, vel insignia progenitorum facinora testabantur. Africae Archiduces (*Menoch. cont. 6. c. 66.*) in rubro scuti campo albicantem lineam transversam gerunt; quia Leopoldus Dux Austriae in obsequio Ptolomaei pugnavit totus quantus hostili sanguine erat perfusus, excepto baltheo, quo erat praecinctus. Galli antiquitus in suis scutis habebant tres bufones (*Menoch. cont. 17. c. 71.*) ut indicarent, sicut bulo est amphibium, modo in aqua, modo in continente habitans; ita se tam maris, quam terre dominum assertare. Hi bufones deinde sub Clodoveo Rege mutati sunt in lilia; quia ficut lilia fugant feroces, ita sub hoc Rege in fugam acta est idololatria. Nolo hic rationes prolixè disquirere, cur Assyrii colymbam, Romani aquilam, Aegyptii crocodilum, Poloni alaudas, Turcae lunam, alii alia in signis gerant, sed illud hic interrogo, quodnam sit scutum gentilitium Christianorum? Respondet S. Gregorius, Mor. l. 22. c. 20. esse charitatem proximi. *Omnipotens Dei non esse discipulos, sola charitas probat.* Atque hoc signum non voluntarie electum, sed ipso Christi Dominum effato determinatum est, ubi dixit: *In hoc agnoscent omnes, quia Discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem.* (*Joann. 13.*) Hoc dilectionis signaculo agnovit Pachomius (*Baron. ad ann. 318.*) veritatem Catholicae Religionis; cum enim miles adhuc gentilis esset, & deficienti annona videret quendam ex urbis in castra Constantini Magni excurrere, qui militibus fames, & ad mortem usque angustissimas allatis cibis, ac potu reficiebant, miratus qu-

Cl. Aug. Spicil. Catech. Conc. Tom. II Paris II.

rebat, quodnam id hominum genus adeo beneficium esset? cumque Christianos esse intellexeret, Papa! aiebat, non potest non esse optima illa Religio, quae ita homines ad charitatem instruit: tum ejusmodi gentilitium tenebris ad sacrum Baptismi laticem fessavit, & in eremum secedens ea dedit sanctitatis praesecula, quae in hodiernam diem Christiano populo sunt admirationi, & exemplo. Christus Dominus si unquam alias, certe in hodierno Evangelio ad dilectionem nos extulit; approbat enim responsum Legis periti dicentis in lege scriptum esse, Diliges Dominum Deum tuum eum ex toto corde tuo, Proximum vero sicut te ipsum. (*Luc. 10.*)

Requirere autem ad charitatem ut sit sancta.

2. *Proposio.* Consequenter aniam nobis praebet differendi de charitate, virtute contrariae invidiae, de qua ante ostidum egimus, & de cujus silibus sui peccatis congenitis proxima occasione agemus. Quid autem de charitate proximi observabimus? Ejus naturam & indolem, quomodo constituta esse debeat. Charitas in primis debeat esse sancta, debet esse prudens, debet esse gratuita, & demum debeat esse operativa. En! Hac materia, hae quadrembris diviso! Attende! Favete!

S. I.

3. *Confirmatio.* Quoniam est prima qualitas vere charitatis? Respondeo, debet esse sancta, id est ex supernaturali motivo Dei praecipiens profecta. Explicet Christus Dominus, ubi in ultima cena Apostolis suis mutuum charitatem commendavit, hac loquendi methodo illos est: *Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos.* (*Joann. 13.*) Ubi capti difficulte est, qua ratione praecceptum charitatis novum dici possit, quod & in veteri testamento tot fere motus, quos solis inculcatum fuit. Sed advertite! quintuplex dicitur amor, vitiosus, communis, naturalis, virtuosus, & sanctus: (*P. Segneri Monach. 17. April. num. 4.*) *Vitiosus* est, qui hominum animos conjugat ob finem malum v.g. libidinis, commensationis & similia. *Communis* est, qui jungit homines propter commotionem patriae, lucrorum, negotiorum, studiorum, aut alterius commercii. *Naturalis* est, qui unit homines propter conjunctionem sanguinis aut affinitatis. *Virtuosus* est qui captivum hominum animos ob vim in altero virtutis praerogativam. Denique *Sanctus* est, qui amat proximum, non ex alio motivo, quam quia Deus vult illum amari, iuxta illud: *Hoc mandatum habemus a Deo, ut qui diligunt Deum, diligant & fratrem suum.* (*2. Joann. 4.*) Per primos illos quatuor amores nondum satisfit praeccepto dilectionis, fed solum per ultimum: cum igitur homines in veteri lege te invicem dilexerint amore tantum vitioso, communis, naturalis, aut virtuosus, Christus in ultima cena dedit mandatum novum, praecipiens, ut deinceps invicem diligeremus amore sancto, id est

C c

est

est tibi, qui solum ex motivo Dei precipientis procedit. Ideo addidit: *Sicut dilexi vos*; ille dilexit nos non propter carnem, non propter sanguinem, non propter commodum, non propter propensionem affectus, aut simile motivum, sed unice propter voluntatem Divini Patris: ideo vult, ut & nos ex ipso, & non alio motivo proximum diligamus. Quapropter, mi Christiane, cum ex te interrogor; cur diligis proximum? nolo mihi respondeas, cur diligis proximum? prolo mihi respondeas, quia quam charitas praestantissima virtus est, quam Christus Dominus discipulis suis, quia nihil pretiosius invenire potuit, testamentum reliquit. (*Quaestio in Gen. c. 22.*) Nolo mihi respondeas, diligo ideo quia charitas in omnes omnium virtutum aequata, ut Deo grati ac beneplacites sint, (*1. Cor. 13.*) influere debet. Nolo mihi respondeas, diligo ideo, quia charitas est vinculum pacis ac perfectionis, quo fideles archissimo complices connectuntur, & meritorum invicem participes fiunt. (*Richard. in S. Viti. de grad. ebor. p. 1. c. 4.*) Nolo mihi respondeas, diligo ideo, quia tota Ecclesia per charitatem quasi in unum corpus mysticum coalescit, ita ut sicut nullum membrum aliud, ita nullus fidelium alterum invidia persequatur. (*S. Laur. Just. de leg. xlii. c. 17.*) Sed Responso tua ea sit, diligo proximum, quia Deus vult & precipit illum diligi; & tunc gratulabor tibi amorem tuum talem esse, qualem esse vult Deus, videlicet sanctum. Gratulabor & proximo tuo, quia amor ex tali fronte profectus est illi maxime proficiuus & salutarius. Aqua quanto altiori de loco descendit, tanto ad plura irriganda trahi potest: ita dilectio, (*Summa Praedicator. V. Dillectio*), cum vi sui motivi ad Deum prius ascendit, dein ad proximum copiosissime irrigandum, vult dicere, ad subervandam ejus tam corporis, quam animae miseriam inclinari, facile potest. Ulterius!

§. II. Ut sit prudens.

4. Nec satis hoc amor ita sanctus, seu sanctificatus debet insuper esse prudens. In quo consistit ista prudentia? consistit in tribus. (*P. S. gauri. Mania 13. Aug. n. 2.*) Primo, ut scias in proximo distinguere inter substantiam, & substantiam, hoc est inter corpus & animam, ita, ut ames animam propter Deum, & corpus propter animam. Sic Christus fecit, qui in Apostolis adeo sibi dilectis non amavit corpus, nisi propter animam, dum mandavit, ut illud laboribus, paupertatibus, doloribus, ac laniens in ordine ad consequendam salutem viriliter exponerent. Quid tu agis, quomodo observas hanc regulam, dum proximo quidem libenter largiris cleemosynam corporalem, dum nudum apicis, non vero spirituale, seu opportunam correctionem, dum vides errantem? Secundo exigit prudentia dilectionis, ut scias distinguere inter substantiam & accidentis, ita ut peccatorem ames, & peccatum odio habes. Sic Christus fecit, qui quantumcumque in Iuda summe odit malitiam, nihilominus jurare illum non

desistit, pedibus illius se involvendo, lavando, tergendo, oscula dando, quia in eo ipso facillime praedicationis actu amicum vocando. Tu quid agis? quomodo hanc regulam observas? dum in proximo quotidie delictum confundis cum deliquente, & quia injuriam tibi aliquam fecit, illico igitur e calce evocas, qui illum ablutat. Perito exigit prudentia dilectionis, ut scias in proximo distinguere inter accidentis & accidentis: quaedam enim accidentia bona sunt, uti virtutes, quaedam mala, uti vitia, quaedam indifferencia, uti nobilitas, divitiis, & cetera naturae & fortunae bona. Haec diversa accidentia, cum in eadem persona jungerentur, facile confundunt incautum amorem, unde fit, ut credat quis se amare Sufannam, quia casta est, & non advertit se amare, quia pulchra est. Non sic Christus: ille amavit omnes propter id, quod pro tempore vidit dignum amore: ideo sicut semel Petrum beatum appellavit, quia loquentem audivit secundum spiritum: *Beatus es Simon Bar-Iona, quia caro & sanguis non revelavit tibi, (Matth. 16.)* ita alia vice, quia secundum carnem loquebatur, Sathanam vocavit: *Vade retro Satana, quoniam non scitis, qui ego sum. (Matth. 8.)* Tu, quid agis? quomodo hanc regulam observas, dum aliquando quis alia de causa amas proximum, quam cuius gratia amandas est, quae est sola probus morum? &c.

5. Vis in hac re certum principium? cogita verba illa Evangelii: Diliges proximum sicut te ipsum, quia Christus Dominus alibi scias explicavit dicens: *Omnia quaecumque vultis ut faciant vobis homines & vos facite illis. (Matth. 7.)* O quam raro aut nunquam laederetur Christiana charitas, si quilibet Christianorum sua disciplina ad facta ad hujus principii decem pedem metretur! Loquamur praedice, & ponamus proximum in turpe aliquod scelus incidisse, jamque occasione est illud evocandum: quomodo igitur ex me ipso, si ego commissum hoc feceris, an gratum mihi foret, illud divulgare? & statim respondebit conscientia, non esse mihi gratum! proinde statuo, ac decerno in amorem proximi illud silentio premere & occultare! Exemplum hujus rei habeamus in familia Sufannae; cum enim illa a senibus tentata opem suorum implorabat, irruerunt famuli in hortum, qui videntes Dominam in manibus judicum, & audientes, illam in adulterio cum juvene fuisse deprehensam, teste Scriptura. (*Dan. 16.)* Erubuerunt vehementer. Quare erubuerunt? Respondet Lyranus, in Dan. hic. *Erubuerunt, quia diligebant Sufannam.* Ea, mi Christiane, si vere diligis proximum, potius ad peccatum illum evulseris, quam ulterius propalando ejus dolorem augere debes. Ita sapientissime fecit Amnon Abbas sanctissimus; (*S. Doroth. sermo. 6. ad Monachos.*) Venerunt ad illum nonnulli delatores, qui in cella cujusdam fratris fascinatum delictum detestari dicebant. Invenimus sanctus senex, & sciens mulierem sub doliolo absconditam habere,

ri, ingressus cellam super doliolum sedit; iustitiae fratribus, ut universam cellam perfrustrarentur. Cum nihil invenerunt, acriter oburgatos, & confusus dimisit, monuitque, ne facile quidem adversus proximos crederent. Dein vero illum fratrem correctione sua modestum reddidit, loquens solum ad solum, docensque quomodo castitate tueri, & a simili consorcio delinere abstinere deberet. Adverte, mi Christiane, quanto cum studio famam proximi tueri debes: *Excelsa intendamus, ait Bernardus, serm. 48. in Cant. para. hyperbaticam, sua eorum, suade tibi isti & dicitur: vehementer nimis sui tentatis, quid de me illa fecisset, si in me similiter accessisset per seipsum.*

6. Porro ad hanc charitatis prudentiam pertinet, ut sit ordinata: *Oravit in me charitatem, (Capit. 2.)* ut parentes & amicos alienis, spirituale corporali, & bonum majus minori praeferamus. *Cum omnibus prodesse non possis, ait Augustinus de doctr. Christi. cap. 23. hoc peccatissimum consilium est, qui pro locorum & temporum opportunitate, consilium tibi iungatur.* Sicut enim spiritus proximos citius, re meliores tardius calcificat; ita amoris, qui sagi comparatur, ordo exigit, ut iis, qui sanguinis propinquitate nobis conjunguntur, majori cum sollicitudine, quam alienis securamur. Praeterea ad hanc ipsam charitatis prudentiam reducitur, ut non sit perniciosa, aut boni majoris impeditiva: id quod Christus Dominus in Magdalena docuisse censetur. Venerat illa ad sepulchrum, ut aromatibus sacrum cadaver ungeret: id ubi non invenit, post tergum respiciens, vidit mortis triumphatorem, & mox ad pedes illius se prosteruens osculatus illos vult: verum Christus: *Noli me tangere, non enim ascendi ad Patrem meum, vade autem ad fratres meos, (Joan. 20.)* Quasi diceret: *Mex Magdalena, jam non est de tempore, ut in osculandis pedibus meis detinearis! id potius necessarium est, ut ad confirmandam Discipulorum fidem, ad consultandam Judaeorum pertinaciam, ad promovendam nascentis Ecclesiae utilitatem mysterium meae resurrectionis divulges: Vade ad fratres meos!* En mi Christiane, osculari pedes Jesu opus quidem bonum est, a Christo tamen pro hic & nunc prohibuit; quia promulgationi Domini resurrectionis fuisse impedimento, ut intruaris, posse te servare proximo, pro eo laborare, cum eo conversari, dummodo malum non conflaret, aut majus aliquod bonum, ad quod ex officio aut alio capite obligaris, praepediatur. Ad tertium punctum!

§. III. Ut sit gratuita.

7. Insuper necesse est, ut charitas gratuita sit, id est, non quaesitosa, ex spe lucri, & retributionis proposita. Rex Achab pugnavit contra Syros, Josaphat Regem Juda in opem vocavit, ejusque auxilium impetravit. Sic ambo Principes proderunt in campum. Cum au-

tem Benedac Rex Syria cum suo exercitu occurreret, & dandum esset conflictus initium, fuisset Achab Regi Juda, (*3. Reg. 13.*) ut ingrederetur praelium regio vestitus: ego belluac & exercitum Dominus, impera, & rem totam tuo arbitratu gubernata, ego gloria militum, matris vellebus tanquam privatus miles sub tuis signis pugnare. Quid hoc rei? an charitati aut humanitati tribuendum est, quod mihi Achab hostium, & amico primus eodem? Minime sentiam! Malignum fuit hoc Achibi consilium! voluit propria incolumitati consilere, & hostium tela conjurato impetu in amici campum convertere; nam ab exploratoribus intellexit mandasse Benedac, ut sui milites totum belli pondus in Regem Israel retorquerent: idcirco etiam factum est, ut Syri ad regium splendorem, qui in uno Josaphat relicebat, omnem aciem atque impetum direxerint, ipso interim, videlicet Achabo suo gregitum militis habitu in tuto collocato. O mi Achab, quam multos habes affectus, qui videntur proximum amare, dum nihil nisi suam utilitatem quaerunt: fundant proximo, ut rem suam strenue promoveant, non quia illi, sed quia sibi bene volunt, & quia remunerationem suam, aut laudem sperant: unde dein sequitur, quod dum receperunt, quod expectarunt, aut nihil amplius, quod expectent, habeant, amicitiam & amorem non nisi utilitate constatum deserant. An non bene loquitur sancte Chrysolome? *Omnino bene! paucissimi sunt, qui Christi amore amicum diligunt: Alius amat, quia redamatur, alius quia honore officium, alius quia utilitati sibi esse aut fore hominum parat. Omnes fore secularium vincularum nexu inter se vincuntur. (S. Chrysol. Hom. 61. in Matth.)* An autem amor tam fordide interfectus fuerit est? Nulla ratione! amat se, non proximum! sincera autem charitas non quaerit, quae sua sunt. (*1. Corinth. 13.*) Festino ad alia!

§. IV. Et denique operativa.

8. Denique necesse est, ut charitas sit operativa, id est, ut vires suas omnes in utilitatem amati impendat, eique in necessitate fidei corporali, seu spirituales constituto efficiat succurrat. Sicut enim cessatio motus, & stupor membrorum (*Stapleton. Dom. post Pent. text. 4.*) argumentum est mortis, aut desperatae valetudinis, ita non affici erga proximum, & ab ejus dilectione cessare extindae gratiae & charitatis indicium est. Quamvis est autem haec operatio amoris? Percipere explicationem ex Apostolo:

9. Sanctus gentium Apostolus comparat Ecclesiam mystico corpori, cujus caput Christus est, oculi sunt superiores, lingua sunt sacri predicatorum, humeri sunt nobiles, brachia sunt milites, manus sunt divites, & sic de caeteris. *Muti unum corpus sunt in Christo. Insuper autem alter alterius membra. (Rom. 12.)* Jam notamus, quod forte spinam in pedem indas,

Deus bone, quam unanimi concordia omnia membra in salutem læsi pedis concurrunt: oculi explorant qualitatem vulneris, lingua deplorat dolorem, manus una extrahit aculeum, altera imponit emplastrum, pectus læget, & totum corpus fuo pondere pedi parci! Quid ergo mali oculis, quid linguæ, quid manibus, quid pectori accidit? nihil! ait S. Augustinus serm. de S. Paulo, sed quia unum membrum fauciatum est, omnia illi condolent, & in auxilium veniunt. Hac comparatione innuere vult mundi Doctor, qua charitate oportet unum alteri in necessitate succurrere, si oculi caligant, si lingua deficiat, si manus officio suo desinat, omnes in eius emanationem collabent. Nemo putet se sibi soli natum esse, nam *non videtur unicuique de proximo suo* (Eccles. 17.). Nemo cum impiis illis, quos citat & confutat Chrysostomus l. 13. adv. vitup. Vit. Mon. ajat: *Qui perit, perit; qui servatur, servatur, nihil horum perinet ad me!* Nemo cum fratricida Cain respondet: *Nonquid cussus fratris mei ego sum?* (Gen. 3.) Alias audiet ab irato Deo: *Nunc maledictus es super terram.* Nunc, id est hoc momento, quo charitatis ordinem adeo invertis, ut putes ac præzendas, fratris tui nullam in te curam recumbere. Neque dicas, cur ego adjuvem aut corrigam fratrem? relinquo hanc spartam aliis! quare ille & ille non curaverunt nam hanc excusationem adum relaturi Chrysostomus orat. 3. adv. Iud. inquit, si inveneris auti maritum, non dicis apud te metipsum, quare ille & ille non susceperunt, sed festinas ante alios rapere. Item de fratribus lapsis cogita, putaque te invenisse thesaurum, omnem que operam confer, ut afflictum consoleres, aut peccatorem Deo lucrificas. Transeamus a scripturæ figuris ad historiam, qua omnia hæcenus dicta luculenter confirmantur.

10. Nobilis quidam (Speus. exempli. no. 13. Tis. char.) valde sceleratus habebat pietissimam uxorem, cuius fuas & suggestione pauperes, præsertim Religiosos diligebat. Contigit, ut ad illius domum duo itinerantes diverterent, quo tempore prandii rogabat Dominica, ut pro mensa salutare aliquid ducerent afferent; inkrabat & nobilis, breviter tamen dictorum commendabat. Tunc Religiosorum unus. Ego vobis tam fructuosum suggeram monitum, ut si illud servaveritis, aulam vobis æternam salutem sub oppugnatione meæ ipsius animæ polliceri. Promissit Dominus, se monitum illud fideliter executioni daturum! Tunc ille: Dixit Salvator in Evangelio, quodcumque vultis, ut faciant vobis homines, & vos facite illis. Sentus verborum est iste: sicut tu, mi Domine, vis, ut subdit aut exteri integram tibi fidem servent, ita & tu amore Dei aliis hanc fidem integritatem præsta: sicut tu nolles, quod quis te occideret; bona sua furaretur, fallum contra te testimonium diceret, aut concupisceret aurorem tuum; ita & tu alteri similem injuriam nullam i. ega. Sicut tu de damno ac-

cepto tibi satisfieri desideras; ita & tu de damno dato aliis satisfac. His auditis subinserebat nobilis, in veritate, hæc verba profundam concludunt sapientiam, verum Dei amore illa studiose adimplere conabor. Interim dum verba hæc solite rumitabatur, invenit, se plurima aliis damna intulisse; quapropter domos, sylvas, prata, agros, aliaque bona inique possessa restituit, & quos verberibus læsarat, veniam rogavit. Quondam venatum extens orata tempestate, vidit a torrente, qui insubrium abundantiam miram quantum excreverat, molendinum destrui ac dissipari: mox gromen suam repetens si ego essem pauper hincolori, optarem a potentiori adjuvari, & convocatis venatoribus præcepit, ut trabes & rotas in pulcherrimum locum restituerent, quod & factum est. Uterius progressus reperit in via peregrinum pauperem, quem videns repetit tachte laumargumentum: si ego essem taliter pauper, & leminudus, optarem, ut aliquis miseris cordia motus me reficeret! confestim idipsum præcepit, ut pauperem in jumentum reciperet, & domum averteret; ipse secutus cum in adibus suis appulit, dixit uxori: En ego hospitem tibi adduxi, tu curam illius habe. Ar illa: utilis est talis hospes, pro quo Christus se debitorum obligavit. Postquam laute pauperem refecit, sero prope cubiculum suum in lumpyoso lecto illum depositit, media autem nocte cepit pauper dolere scitum, dicereque: Heu! si mihi morior! Audita hæc voce expergestas nobilis arripuit gladium insidias metuens, cum ecce iterum ingemiscens audit pauperem: Heu! si morior! Tunc denno secum ipso argumentatus: si pauper essem, & in innota domo scelas nefecerem, pergratum mihi foret, si subundo mihi quis potum porrigeret! sic factus, arrepta hydria perrexit ad puteum, aquam hausit, & o grande infortunium! ex inopinato in puteum delapsus, submersus est. Mane factio in quæ, interrogavit Domina famulos de marito suo, & respondentes, se quidquam scire, præcepit, ut in omnibus Ecclesiis illum perquirerent; scitis enim, ajebat, quod ab illo tempore, quo duo illi Religiosi apud nos diverterunt, totus in altum mutatus sit. Redemptus, nec cum inventis dicentibus, mandavit, ut & puteum investigarent, metuens ne forte, dum pauperi potum pararet, in illum deciderit. Bont facti mali, & inventum mortuum, extrahant eadaver, & ecce! inventum in ejus collo circumlatum aureum, cui hæc verba inscripta erant: Nos Angeli prius animam ejus diximus in celum, quam corpus in puteo erat inrigidatum; quia in charitatis operibus obiit. His lectis, auditque uxor ejus cum familia prodigum Episcopo, & hoc mediante summo Pontifici indicavit, Deum benedicens, & venditis omnibus Deo soli deinceps serviens.

11. Epilogus. Nota, mi Christiane, quam meritoria ac salutaris apud Deum sit charitas, quam tibi dilaudavi: hæc charitas fuit *sancta* & *quæ*

quia ex amore Dei suscepta. Hæc charitas fuit *prudens*; quia omnia venationis recreatione molitori in rescindenda domo succurrit. Hæc charitas fuit gratuita seu ininteressata; quia illam pauperi, qui nihil, quod retribuere, habebat, exhibuit. Hæc charitas denique fuit operativa; quia abrupta etiam nocturna quiete ad offerendum frigidæ haustum surrexit. Cervi, cum flumen impetuolum, aut fretum tranant, eo ordine id faciunt, ut generosissimus omnium primus aquas ingrediatur, & subsequenti tertium ad caput fuum inclinandum præbeat: in secundi tergo caput reclinat tertius, in tertii quartus, & sic deinceps. (S. August. serm. 23. de Apost.) Mi Christiane, hic nobilis ingreditus est aquas, tu ejus vestigia secutus reclina caput tuum in ejus tergo, volo dicere, impende intellectum & voluntatem tuam, cogitans, quatione præstantissimum hanc charitatis virtutem meritorie exercere valeas, & sic feliciter in litus æternæ felicitatis transnatabis. Amen.

Dominica XIII. post Pentecosten.

CONCEPTUS CXIV.

De vitio detractionis, filia invidiæ, ejusque damnis, panis ac remediis.

Nonne decem mundati sunt? & novem ubi sunt? Luc. 17.

Novem leprosi ex detractione sacerdotum percurantur.

2. De charitate proximi ultimo egimus; atqueam autem ab hæc virtutum regina oculos avertam, pro via ad hodiernam differentiationem mihi sterenda interrogo: cur charitatis auro, aut aurum charitati comparari solet? an ideo, qui sicut aurum (Cassius lib. 5. Mineral.) in ore contentum anheliitus graveolentiam tollit: ita charitas proximum ne qui dem atero halitu ledit? an ideo, quia sicut aurum ignitum (Dispositio. cap. 70.) ubi actuali cauterio opus est, altis metallis ad sanitatem vulneris præstat: ita nulla correctio est efficacior, quam que fit cum charitate? an ideo, quia sicut aurum multis facultis in terra, aut aqua sepulsum (Martini. lib. 5.) nullam rubiginem contrahit: ita sincera charitas nullis injuriis corruptitur? Laudo has rationes: mihi autem præceteris præcæcet ista: aurum præ aliis metallis id singulari habet, quod tractantium manus nulla nigredine tingat: ita charitas neminem denegat, nemini nigrum theta inurit, & ab omni detractione proflus aliena omnibus suam famam illibitatem relinquit. Jam respiciamus Evangelium. Divinus mundi Redemptor, utur sciret Judæorum sacerdotes invidia tabescere, tamen decem leprosos, quos mundare decreverat, ad illos submisit, præcipiens: *Et, ostendite vos sacerdotibus.* (Luc. 17.) Iverunt illi, & in ipsa via a miserabili infirmitate curati sunt, quo persepso unum eorum regressus, & *Clarus Spicil. Carth. Cur. Tom. II Pars II.*

cum magna voce Deum magnificans, gratias Divino Medico reulit. Quærebat Christus Dominus, *nonne decem mundati sunt, & novem ubi sunt?* Ah! Divinæ Magister: ab ipsis sacerdotibus invidis & iniquis in transfervum acti sunt, qui hominum nimis credulam simplicitatem ritu explodentes dixerunt. O bardi & stupidi! hanc læpæ curationem non Christo, sed observationi legis debetis: ille impostor est, populi seductor est, Synagogæ inimicus est: fuo prodigia ex pacto damonis operatur, & legem Moysis persequitur, paulo post fiet, utgens judæica tot impossuit, injuriosque irritata illum comprehendat, incarceration, & turpissima morte condemnos. Ita ex invidia & defectu charitatis sacerdotos gravissime detrahebant Christo, quibus auditis novem illi loco gratitudinis bilem conceperunt contra Divinum Benefactorem: unus, & quidem gentilis Samaritanus reverens est, ceteri emanferunt. Ita in hunc locum non ego, sed Doctissimus Didacus Stella inquit, in Luc. 7. *Existimo quod novem illi decepti sunt a sacerdotibus, ne credentes, quod a Christo esse mundati, sed a Deo proper legis observationem; invidebant enim sacerdotibus Christo.*

Grande igitur malum detrahitio.

1. Proposio. En Dilectissimi! Maledictio, detrahitio, seu denigratio proximi est filia invidiæ; Errarem profunde, si ad aliam materiam transirem, non damatno prius hoc sceleris. Dicemus autem quantum malum fit detrahitio, quomodo fieri delect, quo damna post se trahat, quomodo a Deo puniatur, quomodo corrigatur, & qua sunt alia. Attendite! Favete!

Et peccatum vere diaboliæ, quo proximus dolose denigratur.

3. Confirmatio. Detractionem, qua quis proximi famam denigrat, peccatum lethale esse, nisi ob parvitatem materiæ, aut aliam gravem rationem excusetur, omnes univèrsum affirmant auctores. Est autem hoc peccatum proflus diaboli, id est, a malo damone, qui omnia invidiæ, & mendaciorum pater est, angulariter laboratum. Regius Psalmista David interrogat, (Ps. 10.) *Quid dicitur illi, aut quid apponunt tibi ad linguam dolosam?* & sibi ipsi respondet: *factus parentis meus, cum carbonibus desolatoris.* En! lingua dolosa seu detrahitio famam est sagittis, quibus feriuntur & longinquo distantes, & carbonibus, quibus aduruntur, qui & propinquo sunt: vult dicere Psalmista, detrahitio nem esse vitium, quod nec majoribus, nec equalibus parci. Verum Sanctus Chrysostomus ap. Mich. a Calvo conc. 35. §. 2. num. 2. aliud arcanum eruit: loco verborum, *cum carbonibus desolatoris*, legit, *cum carbonibus in formam læti contractis*: vult itaque dicere, linguam dolosam seu detrahitioam adeo esse lectum diaboli, ut ipse quasi dormire, & requiescere possit, dum interim lingua detrahitio ea mala suscitabit, quo suscitare vix posset ipse